Caesarius selbst hat in Form eines Briefes an Petrus, den Abt von Marienstatt (Locus sancte Marie), uns eine Liste seiner gesamten Schriftstellerei hinterlassen, die die feste Basis für die Beurteilung seiner mannigfachen Werke bilden muß. Hierin weist er zunächst auf die Beliebtheit seiner Schriften hin, da man überall nach ihnen teils zum Lesen, teils zum Abschreiben verlange. Er habe deshalb seine kleineren Werke zu einem einzigen Bande vereinigt: 'universa opuscula mea minora que ab adolescencia usque ad presens edidi in uno volumine collegi, ut ex hoc qualia, quanta vel quot sint cognoscere valeatis'. Aus diesem Satze, sowie aus den folgenden Worten: 'Est et alia causa que ad hunc laborem (zur Abfassung dieses Corpus) amplius me urget' kann man die von Schönbach 1 S. 11 geäußerte Annahme gelten lassen, daß einem besonderen Sammelbande seiner opuscula minora dieser Brief als Widmung voraufgeschickt worden sei. Es wird ein solcher Band auch stattlich genug ausgefallen sein. Davon hat sich nirgends eine Spur erhalten. Es kann sich wohl dabei nur um die Vereinigung einer Auswahl kleinerer Traktate handeln, ähnlich wie sie etwa in der Berliner Hs. (s. u.) auf den Brief unmittelbar folgen und auf deren Zusammenfassung vielleicht Caesarius ein besonderes Gewicht gelegt hat. Er weist ferner auf die Nachlässigkeit beim Kopieren seiner Schriften hin: noch bevor er die letzte Hand zur Korrektur angelegt habe, seien einige Traktate, Homilien, Predigten wie Mirakel im voreiligen Ungestüm leihweise abverlangt, ohne sein Wissen kopiert worden, und diese Abschriften, unter denen eine Nonnenarbeit sich durch besonders starke Verunstaltung des Textes ausgezeichnet habe, seien jämmerlich ausgefallen. Das habe ihn freilich veranlaßt, alles gehörig und gewissenhaft durchzusehen, besonders auch Textstellen richtigzustellen, damit sein literarischer und theologischer Ruf nicht darunter zu leiden habe. Seine Werke habe er teils zur eigenen Uebung spontan, teils auf Bitten Fremder abgefaßt, und in diesem Falle geben die Widmungsbriefe Kunde hiervon. Jene kleineren Traktate, soweit sie in einem Bande Platz hätten, seien nicht in historischer Entstehungsfolge, sondern nach der Ordnung der Bücher der hl. Schrift, die die Themen dazu lieferte, angeordnet worden. Schließlich zählt Caesarius für den Adressaten seine sämtlichen Schriften, so wie sie historisch entstanden seien (secundum ordinem), auf.

Diese Epistola ad dominum Petrum priorem de Loco sancte Marie in diversa eius opuscula ist bisher sechsmal, aber stets mangelhaft abgedruckt worden:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

1. J. A. Coppenstein, Fasciculus moralitatis venerabilis fr. Caesarii Heisterbacensis, Coloniae Agrippinae 1615, zu Beginn der Ausgabe der Homilien, mit der Bezeichnung Epistola catalogica Caesarii etc., aber ohne Angabe der zu Grunde gelegten Handschrift. Darnach

2. C. de Visch, Bibliotheca scriptorum sacri ordinis Cisterciensis, Coloniae 1656, S. 57—60.

3. J. Hartzheim, Bibliotheca Coloniensis, Coloniae 1747, S. 43—45.

4. Achterfeld und Braun, Zeitschrift f. Philosophie u. kath. Theologie, N. F., VI. Jahrgang (Bonn 1845), Heft 3, S. 7—11.

5. A. Meister, Die Fragmente der Libri VIII Miraculorum des Caesarius von Heisterbach, Rom 1901, S. XX—XXVII = Röm. Quartalschrift f. christl. Alterthumskunde u. f. Kirchengeschichte, 13. Supplementheft.

6. A. E. Schönbach, Studien zur Erzählungsliteratur des Mittelalters. Vierter Teil: Ueber Caesarius von Heisterbach I = Sitzungsberichte der Akad. d. Wiss. in Wien, phil.-hist. Classe, Band CXLIV (1902), 9. Abhandlung, S. 5—10 (= Schönbach I).

Glücklicher als meine Vorgänger, kann ich nunmehr den handschriftlichen Text dieses wichtigen Registers nach der lange verschollenen, aus der Kölner Karthause stammenden Hs. Berlin, Staatsbibl. ms. theol. lat. Quart. 368, Bl. 47^{r}—50^{r} (= B^{2}) zum Abdruck bringen, die bereits Hartzheim unter der alten Signatur 00.219 gekannt hat. Beschreibung s. Kapitel II (Verzeichnis der Caesarius-Handschriften). Zur Bequemlichkeit des Lesers setze ich hinter jedes Stück die von mir bisher ausfindig gemachten Handschriften und Drucke, in denen sich das betreffende Werk des Caesarius erhalten hat. Daraus ergibt sich, daß von den in dieser Liste aufgezählten 36 Stücken die Nummern *1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 11. 14. 24. 25. 26. 29. 36,* also immer noch eine stattliche Zahl, zu eruieren bleiben. Durch mein Suchen konnte ich einiges, was bisher als verschollen galt, nämlich die Nummern *9. 10. 12. 13. 28* auffinden. Mögen meine Nachfolger von noch größerem Glücke begünstigt sein!

Epistola Cesarii ad dominum Petrum priorem de Loco sancte Marie in diversa eius opuscula.

Reverendo patri et in Christo carissimo domino Petro, priori de Loco sancte Marie, frater Cesarius, nomine magis quam re monachus in Valle sancti Petri, de speculo scripture divine 6
ad leccionem libri vite feliciter pervenire.

Quia scripta mea, licet modici valoris sint, frequenter et instanter sive ad legendum sive ad transscribendum requiritis, tum propter vos

6 provenire Copp. — 8 requiruntur tum propter (vos tum propter fehlt) n. al. Copp.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tum propter nonnullos alios qui eodem estuant desiderio, universa opuscula mea minora que ab adolescencia usque ad presens edidi in uno volumine collegi, ut ex hoc qualia, quanta vel quot sint cognoscere valeatis. Est et alia causa que ad hunc laborem amplius me urget: quosdam tractatus, omelias, sermones atque miracula, priusquam a me fuissent correcti, quidam importunius ad legendum sibi prestari postulaverunt, quos me ignorante cicius transscripserunt; quos postea recipiens et perlegens litteram satis incorrectam repperi. Devenit eciam in manus meas opusculum quoddam de scriptis meis quod quedam sanctimonialis secundum exemplar meum cuius littera gracilis et stricta erat scripserat; quod ita corruptum fuerat tam in sensu quam in littera, ut satis ex hoc expavescerem; nam vicium scriptoris aliquando redundat in auctorem. Huiusmodi cause compellunt me ea que in quaternulis notaveram et sollempnius scribere et diligencius emendare. Opiniones magistrorum in quibus diversa diversis modis diffinire videntur consideravi et que michi probabiliores videbantur aliquando in scriptis meis quasi pro sentencia posui, in hoc ipso minus prudenter agens. Quodsi aliquis in eisdem scriptis aliquid quod merito displicere debeat repperit, antequam me iudicet, si fieri potest, originale respiciat; si vero in illo idem invenerit, veniam postulo, eo quod non ex industria, sed ex ignorancia factum sit. Error non facit hereticum, sed defensio erroris. Hec ideo dico, quia quod semel emissum est difficile revocatur [1]).

Quedam opuscula ad exercitandum me scripsi, alia vero ad diversorum peticiones secundum quod epistole premisse declarant edidi. Quantum vero codex unus capere potest, diversos ut dixi tractatus minores in illo posui, non tamen secundum ordinem quo a me dictati sunt, sed secundum ordinem sacrorum librorum ex quibus ipsa themata sumpta sunt. Ut autem cognoscatis, pater venerande, omnia que a me gracia Dei cooperante dictata sunt, universa secundum ordinem replicabo; non enim dubito quin caritas vestra michi congaudeat, si aliquid boni dictare vel scribere potero.

(1) Primo omnium in adolescencia mea paucis admodum sermonibus prelibatis ad exercendum me super verba Joannis ubi in Apocalypsi dicit: 'Signum magnum apparuit in celo, mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et corona duodecim stellarum in capite eius' [2]) scripsi libros duos, septempliciter eundem versiculum exponens. Huius opusculi prologus sic incipit: 'Licet hec clausula

3 quanta et quot Copp. — 4 Et est Hs. — hunc fehlt Copp. — 10 sanctimoniales Copp. — 11 scripserant Copp. — 17 in hoc... agens fehlt Copp. — 19 repererit Copp. — 20 eo fehlt Copp. — 22 Hoc Copp. — 24 ad excitandum Copp. (Schönbach coni. exercendum) — 27 non tam s. o. Copp. — 34 prolibatis Copp.

[1]) Vgl. Horaz, Epist. I, 18, 71: 'Et semel emissum volat inrevocabile verbum'; Sulpicius Severus, Vita Martini, prol. § 2 (ed. Halm S. 109): 'ne — — emissus semel revocari non queat'. [2]) Apoc. 12, 1.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

a doctoribus catholicis multifarie multisque modis [1]) sit explanata'.

(2) Item super verba eiusdem Joannis ubi dicit circa principium ewangelii sui [2]): 'Verbum caro factum est et habitavit in nobis' scripsi sermonem unum, ex singulis litteris verbi significativi sacramentum eliciens; quem omeliis de festivitatibus sanctorum inserui.

Druck: Coppenstein IV, 4—16.

(3) Item super locum illum Salomonis ubi dicit: 'Oritur sol et occidit et ad locum suum revertitur' [3]) scripsi sermones duos, unum allegorice, alterum moraliter.

(4) Item super verba Salomonis ubi dicit: 'Sapiencia edificavit sibi domum, excidit columpnas septem' [4]) scripsi sermonem unum de theologia qui sic incipit: 'Triplex est sapiencia'.

(5) Item super verba Abacuc ubi dicit: 'Elevatus est sol et luna stetit in ordine suo' [5]) scripsi sermones duos, unum allegorice, alterum moraliter.

(6) Item super verba illa libri Judicum: 'Stelle manentes in ordine et cursu suo pugnaverunt contra Sysaram' [6]) scripsi sermones duos, unum allegorice, alterum ad monachos.

(7) Item de stacione solis sub Josue [7]) et de regressu solis sub Ezechia [8]) et de obscuracione solis in passione Christi [9]) scripsi dyalogum modicum philosophice.

(8) Item super verba libri Regum ubi scriptum est : 'Et invocavit Ysaias Dominum et reduxit umbram per lineas quibus iam descenderat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus' [10]) scripsi sermonem unum qui sic incipit: 'In hac figura latent divine incarnacionis sacramenta'.

(9) Item super sequenciam illam sollempnem: 'Ave, preclara maris stella' scripsi exposiciunculam unam.

Hs. **B²**, Bl. 85r—91r.

(10) Item super psalmum 'Fundamenta eius in montibus sanctis' scripsi sermones septem.

Hs. **M²**, Bl. 196vb—213ra.

(11) Item de precipuis solempnitatibus tocius anni scripsi sermones multiplices in capitulo recitandos.

(12) Item super Canticum Salomonis quod cecinit in laudem mulieris fortis scripsi ad honorem Dei Genitricis sermones XXII, ubi super versiculum illum 'quesivit lanam et linum', putans ita esse in textu, posui: 'iubetur morte mori quisquis induerit vestem lana linoque contextam'; quod et correxi.

Hss. **B²**, Bl. 91v—166v. **M²**, Bl. 149ra—196vb. **U**, Bl. 1—168ra.

---

5 significati C o p p. — 25 unum sermonem C o p p. — 28 meam s t a t t unam H s. — 33 Salomonis Canticum C o p p.

[1]) Der Hebräerbrief beginnt: 'Multifariam multisque modis'. [2]) Joh. 1, 14. [3]) Eccles. 1, 5. [4]) Prov. 9, 1. [5]) Vgl. Habacuc 3, 11. [6]) Iudic. 5,20. [7]) Jos. 10,12 f. [8]) 4. Reg. 20,9 ff. [9]) Luc. 23, 45. [10]) 4. Reg. 20, 11.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(13) Item super XIV tempora Salomonis que sic incipiunt: 'Tempus nascendi et tempus moriendi' scripsi sermones XIIII, servato ordine solempnitatum, ita ut primus sermo sit de adventu Domini, ultimus vero de omnibus sanctis. Huius operis prefacio incipit: 'Omnia tempus habent'.

Hs. **B**[3], Bl. 50[r]—84[v].

(14) Item super verba illa Ecclesiastici ubi dicit: 'Altitudinis firmamentum pulchritudo eius' usque ad illum locum: 'Vide arcum et benedic qui fecit illum' [1]) scripsi sermones XI. Huius operis prefacio dirigitur ad Godefridum, priorem de Bergis [2]).

(15) Item super verba illa Domini: 'Accepit Jhesus panes, et cum gracias egisset, distribuit discumbentibus' [3]) scripsi sermones duos, unum allegorice et alterum moraliter, XV genera panum ex eisdem verbis eliciens et totidem precipuis solempnitatibus anni eosdem sermones adaptans.

Druck: Coppenstein III, 138 (verdruckt für 140)—159.

(16) Item ab illo loco ewangelii ubi 'Angelus Gabriel missus est' ad Mariam usque ad eum locum ubi Salvator aquam convertit in vinum, servato ordine hystorie edidi omelias morales XVIII. Huius operis prologus est: 'Fasciculus myrre dilectus meus michi'.

Hss. **C**[3], Bl. 3[r]—89[r]. **M**[1], Bl. 20[va]—88[va]. **M**[4], Bl. 1[r]—87[v]. **T**[2], Bl. 35[va]—141[va]. **T**[4], Bl. 1[ra]—79[rb].

Druck: Coppenstein I.

(17) Item scripsi Dyalogum magnum visionum atque miraculorum. Huius libri sunt XII. Prologus sic incipit: 'Colligite fragmenta, ne pereant'.

Hss. und Ausgaben s. in Teil II unserer Publikation.

(18) Item ab eo loco ubi Dominus ad nupcias veniens aquas convertit in vinum usque ad ultimam dominicam Adventus, super omnes lecciones ewangelii dominicales scripsi omelias morales numero LXIIII. Huius operis prologus sic incipit: 'Botrus Cipri dilectus meus michi'.

Hss. **G**, Bl. 1[r]—123[v]. **H**, Bl. 1[r]—165[v]. **L**, Bl. 1[r]—198[v]. **M**[4], Bl. 1[r]—123[v]. **M**[4], Bl. 88[v]—267[v]. **T**[4], Bl. 79[rb]—221[rb].

Druck: Coppenstein II. III.

(19) Item scripsi actus, passionem et miracula domini Engilberti, Coloniensis archiepiscopi. Huius operis epistola ad successorem eius, dominum Henricum antistitem, dirigitur.

Ueber die Ausgaben s. unten S. 19 f.

(20) Item super lecciones ewangelii que leguntur per circulum anni in festivitatibus sanctorum, in quibus XII lecciones habentur in ordine nostro, scripsi omelias morales XXXIII. Huius operis prologus sic incipit: 'Jacob diligebat Joseph super omnes filios suos'.

Hss. **M**[3], Bl. 1[ra]—148[va] **T**[1], Bl. 1—176[ra].

Druck: Coppenstein IV.

---

1 qui sic incipit Copp. — 4 pref. sic incipit Copp. — 16 vertit Copp. — 28 Engelberti Copp.

[1]) Ecclus. 43, 1—12. [2]) Altenberg. [3]) Joh. 6, 11.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(21) Item super verba Salomonis in Canticis canticorum ubi dicit: 'Que est ista que progreditur sicut aurora consurgens' etc.? [1]) scripsi ad honorem Dei Genitricis libellum unum. Huius operis prologus dirigitur ad Alardum presbyterum et monachum.

Hss. **B²**, Bl. 19ᵛ—29ʳ. **C³**, Bl. 175ʳ—187ʳ.

Druck: Jakob Hubert Schütz, Summa Mariana II, Paderborn 1908, S. 687—716.

(22) Item de transfiguracione Domini scripsi omelias duas, unam sub typo dyalogi allegorice, alteram moraliter. Huius operis prefacio est ad Hartmannum, priorem de Claustro.

Hss. **C¹**, Bl. 171ᵛ—188ᵛ. **C³**, Bl. 89ʳ—107ʳ. **C⁴**, Bl. 32ʳᵇ—55ʳᵃ. **M¹**, Bl. 1ʳ—20ᵛ. **T²**, Bl. 1ᵛᵃ—35ᵛᵃ. **T⁴**, Bl. 224ʳᵃ—247ᵛᵇ.

(23) Item scripsi super passionem Domini secundum omnes ewangelistas omelias morales VIII. Huius operis prologus destinatur ad Petrum et Alexandrum priores.

Hss. **C¹**, Bl. 270ʳ—312ᵛ. **C³**, Bl. 107ʳ—218ʳ. **C⁴**, Bl. 161ᵛᵃ—217ᵛᵇ. **D³**, Bl. 1ʳᵃ—24ᵛᵇ. **M¹**, Bl. 88ᵛᵃ—138ᵛᵃ. **T²**, Bl. 141ᵛᵃ—214ᵛᵇ. **T⁴**, Bl. 248ʳᵃ—301ʳᵇ. **T⁶**, Bl. 1ʳ—114ʳ.

(24) Item ad peticionem cuiusdam Henrici clerici scripsi quasdam oraciones cum collectis super horas canonicas.

(25) Item scripsi contra hereticos huius temporis et errores eorum unum dialogum.

(26) Item ad peticionem domini Conrardi, quondam abbatis de Loco sancte Marie, ad honorem eiusdem Virginis exposui psalmum XXIII., item psalmum XLIIII., item psalmum XLVII., item psalmum LXXXIIII., item psalmum CXXXXVII.

(27) Item scripsi volumen diversarum visionum seu miraculorum libros VIII. Huius prologus sic incipit: 'Qui infirmus est, olus manducet'.

Hss. und Ausgaben s. in Teil III unserer Publikation.

(28) Item super psalmum 'Exaudiat te Dominus' [2]) scripsi librum unum, cuius prologus est ad Cunonem monachum.

Hs. **M²**, Bl. 213ʳᵃ—226ʳᵇ.

(29) Item scripsi epistolam satis longam contra heresim de Lucifero ad peticionem magistri Johannis, tortoris hereticorum.

(30) Item scripsi omelias ewangelicas super ferias quadragesime numero XXXVI, nam de transfiguracione duas et super passionem Domini VIII dudum conscripseram. Huius operis prologus ad Efferindum, monachum Clari Campi, destinatur.

Hss. **C¹**, Bl. 144ʳ—315ʳ. **C⁴**, Bl. 1ʳ—221 . **T³**, Bl. 1ʳ—181ʳ.

(31) Item scripsi super psalmum 'Beati immaculati' [3]) sermones XXII. Huius operis prefacio sic incipit: 'Diu est quod psalmum CXVIII. exponere cogitaveram a fratribus rogatus'. Primus autem sermo sic incipit: 'Ut ayt in exposicione sua Cassiodorus'.

Hs. **C¹**. Bl. 2ʳ—80ʳ.

---

2 etc. fehlt Copp. — 7 Hermannum Copp. — 15 Conradi Copp. — 31 ps. CXXIII. Copp.

[1]) Cant. 6, 9. [2]) Ps. 19, 2. [3]) Eb. 118, 1.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

(32) Item scripsi super Cantica graduum[1]) exposicionem satis prolixam, Huius operis prologus sic incipit: 'Cum ad peticionem fratrum psalmum exposuissem CXVIII., videlicet 'Beati immaculati in via' et eandem exposicionem discipline regulari et maxime ordini nostro prout placuit adaptassem' etc. Primus autem psalmus sic incipit: 'Tytulus huius psalmi est Canticum graduum', quo tytulo psalmi subsequentes prenotantur.

Hs. C^1, Bl. 80r—138v.

(33) Item exposui psalmum 'Credidi propter quod locutus sum'[2]) de sancto prothomartyre Stephano.

Hs. C^1, Bl. 138v—143r.

(34) Item descripsi vitam beate Elizabeth lantgravie ad peticionem fratrum domus Theutonice de Marburg que sic incipit: 'Venerabilis Elizabeth' etc.

Druck: A. Huyskens, Annalen 86 (1908), 17—50.

(35) Item scripsi sermonem de translacione eiusdem qui sic incipit: 'Non potest civitas abscondi super montem posita'.

Druck: eb. 51—59.

(36) Item scripsi super Ecclesiasticum VIIII libros, ex quibus primus sic incipit: 'Cupiens vir prudens ad edificacionem posterorum aliquid exemplo Salomonis de sapiencia scribere sapienter et hoc ex propriis viribus fieri non posse recognoscens, omnem sapienciam a Deo esse confitetur utpote tocius sapiencie auctore'. Capitales littere librorum coniuncte nomen dictantis representant.

Da Schönbach in seiner ausgezeichneten Studie, die so recht die Caesariusforschung begründet hat, über die einzelnen Schriften bereits das Nötigste angemerkt hat, so kann ich mich hier auf einige Ergänzungen zu seinen Ausführungen beschränken, namentlich da wo Neues hinzugetreten oder Unrichtiges vermutet worden ist. Auf den Abdruck sämtlicher Widmungsbriefe glaubte ich jedoch besonderes Gewicht legen zu müssen, da sie für die Charakterisierung der einzelnen Schriften des Caesarius unentbehrlich sind.

Nr. *9* ist eine expositiuncula der Sequenz 'Ave, preclara maris stella'. Vgl. Schönbach I, S. 15. Wenn aber Schönbach in seinem zweiten Artikel, a. a. O. 159,4, 1908, S. 2 ff. (= Schönbach II), geglaubt hat, diesen Text in der Hs. Bonn, Univ.Bibl. K (jetzt S) 363, s. XV, Bl. 209va—223rb aufgefunden zu haben, so beruht dies auf einem Irrtum[3]). Vielmehr steht das Werk des Caesarius und als solches authentisch durch den Widmungsbrief ausgewiesen in der bereits erwähnten Hs. der Kölner Karthause (= B^2) unter der

---

5 und 12 etc. fehlt Copp. — 11 Marpurg Copp.

[1]) Ps. 119—133. [2]) Eb. 115, 10. [3]) Diesen Irrtum hat auch M. Manitius, Geschichte der lat. Literatur des Mittelalters II, 1923, S. 775 f. übernommen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ueberschrift „Exposicio sequencie 'Ave, preclara maris stella'" Bl. 85r—91r. Hier heißt es:

Prologus in exposicione sequencie 'Ave preclara'. Fratribus carissimis Godescalco et Gerardo frater Cesarius. Rogatus a caritate vestra cui negare non potui, solempnem illam sequenciam videlicet 'Ave, preclara maris stella', que propter varia que in se continet sacramenta videtur obscurior, ad honorem Dei Genitricis simplici ac plano stilo exponere studui. Cui talis exposicio non sufficit, sunt viri literati et excellentis ingenii, a quibus magna atque subtilia requirenda sunt. Explicit epistola. Nach dem Titel Exposicio sequencie beginnt der Text:

'Ave, preclara maris stella'. Precipua Dominice incarnacionis sacramenta continentur in hac sequencia et est ex diversis prophetis collecta, dulcis quidem in litera, sed multo suavior in allegoria satisque delectabilis in melodia.

Schluß Bl. 91r: Omnis laus in fine canitur, finis bonus in cauda hostie designatur. Hunc qui habuerit, ex huius incolatu seculi ad auctorem vite Jhesum Christum feliciter transibit. Cui cum Patre et Spiritu sancto honor sit et imperium per infinita secula seculorum. Amen. Et sic est finis presentis huius opusculi.

Nr. *10,* sieben sermones über den 86. Psalm 'Fundamenta eius in montibus sanctis', findet sich in der Hs. Mainz, Stadtbibl. 400a, Bl 196vb—213ra (= *M*[2]). Hieraus gebe ich einige Auszüge:

Incipit prologus de psalmo octuagesimo sexto. Titulus 'Filiis Chore psalmus cantici'. Psalmus cui titulus iste prenotatur in omnibus sollempnitatibus beate Virginis decantatur. Nec immerito; tangit enim specialiter gloriose Virginis personam et Verbi divini incarnacionem. Inscribitur autem 'Filiis Chore' nec hoc fit sine racione, sicut plenius patebit ex ipsius nominis interpretacione; interpretatur enim Chore 'calvicium'[1]), per quem Dominus Christus intelligitur, qui in loco Calvarie crucifigitur. Calvi huius filii esse comprobantur qui passionis eius vestigia imitantur; ait enim: 'Qui non tollit crucem suam cottidie et sequitur me, non est me dignus'[2]). Per capillos qui carnis sunt excrescencia designantur temporalia, quibus sustentatur infirmitas humana, sed Dominus ex hiis capillis nec unum habebat, quia in hoc mundo nichil terreni possidebat secundum illud: 'Filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet'[3]). Filii enim sunt per imitacionem monachi et viri religiosi, qui relictis omnibus que sunt huius mundi nudum Christum nudi secuntur et expediti, qui tonso capite, id est exonerati a curis temporalibus mente, sedent in terra, videlicet humiliter subnexi regulari disciplina. In psalmo, cuius est supradictus titulus, septem sunt versiculi quos adiuvante Do-

[1]) 'Core calvitium' Hieronymi liber interpretationis Hebraicorum nominum ed. P. de Lagarde, Onomastica sacra I, Göttingen 1870, S. 4,7 und 17,7. [2]) Matth. 10,38; vgl. Luc. 9,23. [3]) Matth. 8,20.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

mino secundum ordinem rei geste totidem sermonibus explicavi: primum de nativitate Virginis, secundum de concepcione Salvatoris, tercium de ortu percussoris, quartum de ordine Cisterciensi, quintum de nativitate Christi, sextum de omnibus sacramentis nostre redempcionis, septimum de assumpcione Dei Genitricis. Incipit sermo primus de nativitate beate Virginis Marie (Bl. 197rb): 'Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit Dominus portas Syon super omnia tabernacula Jacob'. Die Psalmerklärung stets allegorice, dann moraliter. Incipit secundus de annunciacione Dominica (Bl. 199va): Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei . . . Incipit tercius de nativitate sancti Johannis Baptiste (Bl. 201va): Memor ero Raab et Babilonis . . . Incipit sermo quartus de ordine Cisterciensi (Bl. 203rb): Ecce alienigene et Tyrus et populus Ethiopum . . . Hier folgende Stellen: Tyrus interpretatur 'angustia' [1]) et congruit illis quos diverse angustie cogunt transire ad religionem, facientes de necessitate virtutem [2]). Alios trahit ad ordinem tribulacio paupertatis, alios timor hostilis, quosdam infirmitas corporis, nonnullos formido mortis; alii latrocinantur et furantur et solummodo convertuntur, ne a potestate seculari puniantur; quidam non ob aliud recipiunt habitum nisi ut rebus monasterii inferant dampnum, fiunt tamen sepius talibus causa vel occasio salutis que fuerant eis instrumenta mortis . . . Ethyopes sunt quos mala fama decolorat, quos sinistra opinio denigrat, qui ob hoc tantum religioni se mancipant, ut fervorem vicini solis, id est persecucionis, evadant . . . O quanta est multitudo virorum ac mulierum nobilium, servorum, virginum continencium, coniugatorum iustorum et peccatorum ad hanc gloriosam civitatem confugiencium et dicencium: 'Sub umbra alarum tuarum protege [3]) nos, o mater Jherusalem!' Incipit sermo quintus de nativitate Dei (Bl. 204rb): Numquid Syon dicet: Homo . . . Incipit sermo sextus de incarnacione, passione, resurreccione vel ascensione communis (Bl. 208va): Dominus narrabit in scripturis populorum et principum horum qui fuerunt in ea . . .

Incipit sermo septimus de assumpcione beate Marie (Bl. 210rb): Sicut letancium omnium habitacio in te . . . (über die Freuden des himmlischen Jerusalem). Das Ganze schließt mit einem Gebet an die hl. Maria und ihren Sohn . . . (Bl. 213a) qui corpus tuum et animam cum leticia omnium sanctorum in celum levavit et super ipsos choros angelorum exaltavit, cui sit laus, honor et imperium cum Patre et Spiritu sancto per infinita secula seculorum. Amen. Explicit sermo septimus de assumpcione beate et gloriose Virginis Marie.

[1]) Hieronymus a. a. O. S. 30, 20 (vgl. Z. 27): 'Tyrus — — interpretatur tribulatio sive angustia vel fortitudo'. [2]) Hieronymus adversus Rufinum III, 2 (Migne, Patr. Lat. 23, 479): 'facis de necessitate virtutem'. Vgl. A. Otto, Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer, Leipzig 1890, S. 241. [3]) Ps. 16, 8.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Nr. *12*, bestehend aus 22 Homilien zu Ehren Marias unter dem Bilde der mulier fortis nach Prov. 31, 10—31 (Schönbach I, 16), enthalten drei Handschriften: die alte Hs. der Kölner Karthause in Berlin (B^2) Bl. 91v—166v; Mainz Stadtbibl. 400a (M^2), Bl. 149ra—196vb; Utrecht, Univ.Bibl. 370 (U), Bl. 1—68a.

Ich gebe Auszüge nach der Berliner Hs. Zunächst erhalten wir in B^2, M^2 den Widmungsbrief: (Bl. 91v) Incipit epistola cuius supra in canticum Salomonis, quod cecinit in laudibus Christi et ecclesie Christi et Virginis Marie, Christi et electe anime. Domine venerabili Margarete (M. B^2), abbatisse de Monte sancte Walburgis[1]) (Walpurgis M^2), frater Cesarius qualecumque oracionum suarum obsequium. Loquente me (mecum B^2) die quadam de scripturis sacris cum (de scr. s. cum *fehlt* B^2) domino H[enrico] abbate meo *(fehlt* M^2) ex occasione cuiusdam sentencie, incidimus in canticum illud Salomonis quod est in fine Proverbiorum, in quo sub typo mulieris fortissime commemorat laudes Christi et ecclesie. Et dixi ei: „Optime posset carmen istud exponi de beata Virgine Maria", brevi perstringens sermone ea que conceperam corde. Responditque michi: „Sciatis pro certo idem me concepisse et est propositum meum aliquid super hoc, gracia Dei me adiuvante, ad honorem Genitricis stilo depromere". Mea autem voluntas fuit carmen totum exponere, historice maxime de eadem gloriosa Virgine et beatissimo sponso eius Joseph; ipse vero allegorice de Christo et beata Maria se suam exposicionem ordinasse testatus est. Propter hanc diversitatem statim precepit michi, ut que meditacioni mee occurrerant scripto mandarem, et versa vice multum a me rogatus idem michi promisit. Postea vero cum ad aures vestras mutua hec compromissio (promissio B^2) pervenisset, ne a tali proposito desisteremus, devotissime rogastis utrumque et promisit uterque. Ego vero obediens tam abbatis mei iussioni quam vestre humillime peticioni, ad honorem et laudem illius sanctissime desponsacionis vel matrimonii, quod erat inter Joseph et Genitricem Dei, viginti duobus sermonibus totum canticum explicavi: nam totidem clausulis secundum literas Hebraici alphabeti a Salomone distinctum est. Per harum siquidem literarum interpretacionem quasi per quasdam claves misticam reseramus exposicionem. Consideravi per ordinem singula loca in historiis ewangeliorum, in quibus mencio fit Marie beatissime, et notatas diligentissime singulas per ordinem clausulas singulis locis studui adaptare (applicare M^2). Verbi causa: primus locus est in ewangelio Luce, ubi dicit angelum Gabrielem missum a Deo ad Virginem[2]); super quem locum exposui primam clausulam id est 'Mulierem fortem quis inveniet'. Et sic de reliquis. Ultimus locus in quo mencio fit eiusdem Virginis continetur in ewangelio Johannis, ubi dicit eam stetisse iuxta crucem Jhesu[3]); super quem exposita est clausula sextadecima. Deficiente autem historia ewangelica, notavi quedam loca in

[1]) Walberberg. [2]) Luc. 1, 26. [3]) Joh. 19, 25.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

actibus Apostolorum quibus interfuisse legitur et creditur beata Virgo Maria, super illa duo explicans capitula. Vicesimum sermonem disserui de eius assumpcione, reliquos duos de gloria et prerogativa meritorum eius. Singulos sermones ita in duas particulas studui dividere, ut in prima totum thema exponerem partim historice, partim mistice, in secunda parte totum tropologice. Ipsam vero tropologiam, id est moralitatem, specialiter adaptavi sororibus vestris, inserens et pro modulo meo solvens diversas questiunculas diversis temporibus michi ab eis propositas (prolatas *M*²). Quodsi aliqua in sermonibus sequentibus forte visa fuerint nova et inusitata, nulla tamen ut spero veritati racionique reperientur contraria vel fuerunt vel esse potuerunt. Suscipite itaque a parvo parva, magis quidem conscripta devocione quam rethorico depicta colore. Dominus abbas noster (*fehlt M*²) quanto maioris est (*fehlt M*²) sciencie, tanto vobis scribet excellenciora. Interim ista legite, quia sicut nostis ante fercula delicata cibi grossiores prelibantur. Explicit prologus. — Anordnung: Aleph bis Thau.

Incipit sermo primus de eo quod scriptum est: 'Missus est angelus Gabriel [1]) . . .' Mulierem fortem quis inveniet . . . (Bl. 95r) Tantum pene valent XXX denarii Colonienses quantum centum Parisienses. — (Bl. 95v) Incipit sermo secundus de eo quod scriptum est: 'Exurgens Maria abiit in montana' [2]) . . . 'Confidit in ea cor viri sui' [3]) . . . (Bl. 97v) Sed heu! quante sunt hodie in ecclesia que abhorrent spolia, rapine vel usure et delectantur spoliis superfluitatis et superbie. Spolia hec diversa sunt feminarum ornamenta, que olim multa ac varia erant in gente Hebraica, de quibus sub comminacione loquitur Ysaias [4]): 'In die' inquit 'illa auferet Dominus ornamentum calciamentorum et lunulas et torques et monilia et armillas et mitras, discriminalia et periscelidas et murenulas et olfactoria et inaures et anulos et gemmas in fronte pendentes et mutatoria et pallia et lyntheamina et acus et specula et syndones et vittas et teristra'. Spolia sunt hec et huiusmodi ornamenta, quia efficacissima sunt peccati instrumenta. Non possunt augere in muliere naturalem decorem, sed maxime inventa sunt ad virorum decepcionem et ad animarum subversionem . . . Sepe mulieres superfluitate sua viros et liberos exheredant, vinea vel ager exponitur, ut inde uxor vel filia pompatice (pompose *U*) vestiatur. Et cum defuerint propria, sepe viros inducunt, ut tollant aliena. Sic faciunt nostris temporibus advocati, qui sibi subiectos quos defensare debuerant prorsus adnichilant et exossant. — Im IV. sermo (Delech): 'Quesivit lanam et linum et operata est consilio manuum suarum' [5]) . . . sollte jene von Schönbach I, 17 berührte Textbesserung dieses Zitats [6]) enthalten sein. Mir ist eine solche Stelle nicht aufgefallen außer der folgenden, die vom Gewande Christi handelt: (Bl. 102v) Ecce! vestis illa gloriosa, lana linoque contexta; ecce! duplex natura in una Christi persona. Secundum legem iubetur nemo

[1]) Luc. 1, 26. [2]) Luc. 1, 39. [3]) Prov. 31, 11. [4]) Isaias 3, 18—23. [5]) Prov. 31, 13. [6]) Vgl. oben S. 4.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(homo M^2) hominum induere vestem lino lanaque contextam [1]). Eine textkritische Darlegung findet aber nicht weiter statt. Jedoch in *U* lesen wir die noch unkorrigierte Fassung (Bl. 10rb): Ecce! vestis illa gloriosa, lana linoque contexta; ecce! duplex nativitas (*corr. aus:* natura) in una Christi persona, divina scilicet et humana. Secundum legem iubetur morte mori quisquis induerit vestem lino lanaque contextam. Et merito; soli enim Christo est . . .

Also bezieht sich die Bemerkung des Caesarius nicht, wie Schönbach meint, auf die Proverbiastelle selbst, sondern auf den weiteren Zusatz von der Todesstrafe für das Tragen eines solchen Kleides.

Es heißt dann zur Erklärung: Nec hoc sine misterio; soli enim Christo concessum est ut esset Deus et homo. Vestem hanc induere conatus est Symon magus qui se dicebat Dei virtutem [2]), propter quod occisus est. Similiter et Antichristus usurpabat sibi vestem istam, quia extolleretur 'super omne quod dicitur aut colitur deus, quem dominus Jhesus interficiet spiritu oris sui' [3]). Legitur quidam (*fehlt* M^2) Nestorius (*fehlt U*) dixisse: „Non invideo Christo facto Deo, quoniam et ego, si volo, possum fieri secundum ipsum" [4]). Similia sibilavit contra Christi eternitatem Fotinus hereticus qui ayt: „Ego Domino nostro Jhesu Christo inicium tribuo purumque hominem affirmo et per beatissime (beate M^2 *U*) vite excellentissimum meritum divinitatis fuisse honorem adeptum" [4]) . . . (Bl. 129v) In hyeme se muniunt homines duplicibus contra frigus. Duplicia sunt vestimenta pellibus furrata, unde Cluniacenses, quia sanctus Benedictus concessit 'cucullam in hyeme villosam, in estate puram aut vetustam' [5]), pellibus utuntur sub lanea propter frigus . . . (Bl. 130v) Sanctus Benedictus in locis mediocribus propter duplicem caritatis effectum monachis duplicem dicit sufficere vestitum, hoc est duas tunicas et duas cucullas; residuum vero dicit esse superfluum [5]) . . . (Bl. 132r) Ex lana (*agnus*) tunicam dat laneam, ex pelle pelliceam. Secundum hoc monachi ordinis nostri vestiuntur simplicibus, id est tantum laneis, et seculares triplicibus, scilicet lineis, laneis, pelliceis . . . (Bl. 155v) Mallei tubarum vestrarum sunt ille, quibus permittit ordo in choro circuire et sorores ad psallendum (cantandum M^2) excitare, abbatissa videlicet, priorissa, suppriorissa, cantrix et succentrix . . . (Bl. 158v) Nimie divicie in claustralibus periculose sunt, quia sicut religio divicias peperit, ita abusus diviciarum religionem in multis cenobiis destruxit. Videmus nobilissimas, ditissimas et quondam religiosissimas ecclesias propter dissolucionem discipline ita in exterioribus defecisse, ut iam non habeant unde vivant. — Im XXI. sermo „Fallax ymago et vana est pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur" [6]) steht folgender

[1]) Deut. 22, 11. [2]) Actus Petri cum Simone c. 8 (ed. R. A. Lipsius, Acta apostolorum apocrypha I, 1891, S. 54): 'Simonem, qui se dicebat Dei virtutem esse' (nach Act. 8, 10); vgl. c. 4 (S. 48). [3]) 2. Thess. 2, 4 und 8. [4]) Ich habe die Quelle dieser Angabe nicht ermittelt. [5]) S. Benedicti Regula monachorum c. 55. [6]) Prov. 31, 30.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Exkurs über die Horen[1]) (Bl. 160v): Hore laudis divine valde sunt mistice et plurimis privilegiis insignite. Laudes de mane cantamus Deo, quia Deus tali hora celum et terram et angelos creavit, mane filios Israhel per Mare Rubrum duxit et Egipcios submersit, mane Christus a mortuis victor surrexit. Prima hora diei Christus a Judeis Pilato traditus fuit, prima hora resurgens Marie ad monumentum apparuit, prima hora septem discipulis piscatoribus (piscantibus M^2U) se ostendit. Tercia hora data est lex in monte Synai in igne, tercia hora datus est Spiritus sanctus apostolis in monte Syon in linguis igneis, tercia hora crucifixus est Dominus lignis Judeorum et flagellatus. Sexta hora serpens eneus in heremo erectus est in stipite, sexta hora Christus suspensus est in cruce, sexta hora in die ascensionis cum discipulis suis discubuit. Nona hora petra percussa in Oreb aquam propinavit, nona hora Christus exclamans spiritum emisit et lanceatus de latere suo duo sacramenta, baptismum scilicet nostre salvacionis et sanguinem nostre redempcionis, nobis eduxit. Hora decima, id est vespera de cruce depositus fuit, eadem hora ante passionem cum discipulis suis cenavit et sacramenta corporis et sanguinis sui illis tradidit, eadem hora in ipsa die resurrectionis a Cleopha et socio eius in Emaus in fractione panis cognitus fuit. Undecima hora, id est in completorio, in sepulchro positus fuit, eadem hora pro discipulis suis oravit . . . Tuba pertinet ad laudes, psalterium ad primam, cythara ad terciam, tympanum ad sextam, chorus ad nonam, corde ad vesperas, organum ad completorium. — Im letzten Sermo steht ein längerer Abschnitt über den hebräischen Buchstaben tau, wichtig für die Beurteilung der Bildung und Belesenheit des Caesarius.

Schluß: (Bl. 166v) Laudemus et gloriosam eius Genitricem, que nobis materia tante laudis facta est. Ipsa est mulier illa quam Johannes vidit amictam sole et luna sub pedibus eius et coronam duodecim stellarum in capite eius[2]): sol Christus, luna ecclesia, stelle apostoli. Ab omnibus laudatur, ab omnibus beatificatur. Ipsam deprecemur, ut animas nostras egredientes de porta corporis suis meritis et precibus perducere et inducere dignetur in portas superne civitatis. Quod nobis concedat Jhesus Christus filius eius, redemptor noster primogenitus, fratrum suorum opera tribuendo in via que nos laudent. in patria. Cui cum Patre et Spiritu laus, honor et imperium per infinita secula seculorum. Amen.

Nr. *13* behandelt die 14 tempora Salomonis, d. h. Eccles. 3, 2—8 (s. Schönbach I, 17). Der Text findet sich in der Berliner Hs. der Kölner Karthause (B^2), Bl. 50r—84v.

---

[1]) Der Abschnitt stimmt bis auf einen Teil der alttestamentlichen Parallelen fast wörtlich überein mit Johannes Beleth, Explicatio (Rationale) divinorum officiorum c. 28 und 29 (Migne, Patr. Lat. 202, 40). Vgl. ähnliche Ausführungen in Nr. 31 bei Schönbach II, 33; dazu ders., Anzeiger für Deutsches Altertum VII (1881), 243 ff. [2]) Apoc. 12, 1.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(Bl. 50r) Prologus cuius supra in XIIII tempora Salomonis. Omnia tempus habent et suis spaciis transeunt universa sub sole[1]). Creavit Dominus Deus ut legitur tempus propter hominem, ut de tempore perveniret ad eternitatem; sed quia obedire contempsit suo Creatori, cum elementis subiectus est mutabilitati et cum iumentis mortalitati. Factus est ergo eternus temporalis, immortalis mortalis, ut hominem per liberum arbitrium factum mortalem per graciam reduceret ad immortalitatem. Spacium vivendi nobiscum sibi posuit, certo tempore de hoc mundo transivit. Quatuordecim capitula Ecclesiastes secundum ordinem ponit, in quibus omne quod sub sole vivit, mutabilitati subiectum ostendit dicens: 'Tempus nascendi et tempus moriendi' etc. Singula capitula binas habent clausulas sibi adinvicem contrarias, in quibus nichil aliud intelligimus nisi hominis ingressum et egressum, progressum et defectum, culpam et graciam, penam et gloriam, meritum et premium, celum et supplicium. Ecce! ubique duo hec contraria significant duo illa tempora in singulis capitulis posita. Notum est XIIII esse in ecclesia precipuas solempnitates, que sub sole, id est Christo, suis temporibus volvuntur et certis spaciis meciuntur atque singulis annis revertuntur. Has XIIII solempnitates XIIII sermonibus explicantes et subiecta XIIII capitula singulis sermonibus adaptantes, ymmo ea pro thematibus habentes et ex illorum sensu totum sugentes, ita eos gracia adiuvante et caritate vestra instigante ordinavimus, ut non sit transpositus ordo capitulorum nec mutatus ordo solempnitatum. Verbi gracia: primum capitulum est tempus nascendi, ultimum tempus belli; primum dictavimus de adventu Redemptoris, ultimum de omnibus sanctis. Singulos eciam sermones distinximus per ternas particulas, ita ut prima distinctio loquatur de ipsa solempnitate, media de interiori anime iustificacione, ultima de exteriori conversacione; prima edita est ad honorem sanctorum, secunda ad edificacionem morum, tercia specialiter ad profectum monachorum.

De tempore. 'Omnia tempus habent' etc. Habent bestia et reptile tempus suum, volatilia tempus suum, elementa tempus suum, habet et homo propter quem facta sunt omnia tempus suum. Vivit homo diucius homine, bestia bestia, reptili reptile, volatili volatile, et tandem omnia tendunt de esse ad non esse. Unde et nichil stabile est sub sole nec ipse sol gaudet stabilitate, cum cotidie ortum facit et occasum. Salomon nequaquam tanta dixisset de tempore, si non magnum intellexisset sacramentum in tempore. Nam sicut locus sanctior est loco, ita et tempus tempore, et hoc non in rei existencia, sed et in significacione. Verbi gracia: mane significat graciam, vespera culpam, meridies perfectionem, media nox desperacionem. Et hec de hiis dicta sufficiant. Explicit prologus. Es folgt eine Uebersicht über die Anlage des Tractats:

[1]) Eccles. 3, 1.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Tempus nascendi	et tempus moriendi	= De adventu Domini	.I.	(Bl. 51r)
—— plantandi	—— evellendi	= De nativitate ——	.II.	(— 53r)
—— occidendi	—— sanandi	= In epiphania ——	.III.	(— 55v)
—— destruendi	—— edificandi	= In purificacione	.IIII.	(— 58v)
—— flendi	—— ridendi	= In annunciacione	.V.	(— 61r)
—— plangendi	—— saltandi	= In passione Domini	.VI.	(— 63r)
—— spargendi lapides	—— colligendi	= In pasca	.VII.	(— 65v)
—— amplexandi	—— longe fieri ab amplexibus	= In ascensione Domini	.VIII.	(— 67v)
—— acquirendi	—— perdendi	= In penthecoste	.VIIII.	(— 70v)
—— custodiendi	—— abiciendi	= In nativitate s. Joh. Baptiste	.X.	(— 72v)
—— scindendi	—— consuendi	= Petri et Pauli	.XI.	(— 75r)
—— tacendi	—— loquendi	= In assumpcione s. Marie	.XII.	(— 77v)
—— dilectionis	—— odii	= In nativitate ——	.XIII.	(— 80r)
—— belli	—— pacis	= De omnibus sanctis	.XIIII.	(— 82r)

Jeder sermo hat 3 Teile: allgemein — moraliter — ad monachos. Einzelnes teile ich mit: (Bl. 53r) Monachi vestiti tenentur dormire, seculares vero, cum calent, vestimenta prout libet deponunt; cum algent, iterum resumunt, quod in ordine non licet . . . (Bl. 55r) Hinc est quod sanctus Bernardus noviter ad ordinem venientibus dicere solitus erat [1]): „Soli spiritus ingrediantur, corpora foris maneant", quasi diceret: „quod foris plantatum est, foris maneat", novis supervenientibus vetera proiciens . . . (Bl. 57v) Post mediam noctem surgere et postea non dormire, pane vesci siligineo, piscibus uti raro, raro vino, carnibus nunquam, non uti lineis, non pellibus, non balneis, nonne hec et hiis similia quodammodo corpus occidunt? Eciam occidunt. Unde quidam satis eleganter describens martiria monachorum sic ayt [1]): „Martires licet gravia, tamen brevia perpessi sunt supplicia; monachi autem diuturna paciuntur martiria"; claustralis enim inclusio, regularis districtio, vestium abiectio, prelatorum invectio, iuge silencium, alienum imperium, crebra ieiunia, assidua flagella, longe vigilie, cotidianarum horarum excubie, confessionis confusio, penitencie amaritudo, publica obiurgacio vel eciam corporis castigacio, lectionum vigilancia, oracionum instancia, hec hiis similia sunt maxima corporis cruciamina . . . (Bl. 61r) Parvuli omnes mox ut ad ortum prodeunt, per primam vocem quam emittunt prothoparentes suos in causam culpe fletusque trahunt. Unde quidam ayt [2]): „Dicunt E vel A quotquot nascuntur ab Eva". A vel E voces sunt doloris et miserie; masculus A, femina dicit E, que sunt prima elementa nominis utriusque, Ade scilicet et Eve . . . (Bl. 77r) Habeat ergo monachus more consuentis acum et cultrum: acum, ut consuat dissoluta, cultrum, ut scindat male consuta . . . (Bl. 79r) Post completorium et nocturnis horis monachi tempus habent tacendi; in die certis horis et hoc certis in locis per licenciam poterunt loqui, et hoc est tempus loquendi. Loqui et docere

[1]) Ich kann dafür keine Quelle nachweisen. [2]) Vgl. Reinhold Köhler, Kleinere Schriften II, Berlin 1900, S. 148 ff. Innocenz III., De contemptu mundi I, 7 (Migne, Patrol. Lat. 217, 705) ist Quelle.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

convenit prelatis, audire et tacere discipulis, maxime tamen iuvenibus tacendum est in consiliis, precipue in capitulo. Hinc scriptum est: 'Adolescens, loquere in tua causa vix [1]), verbis tuis facito stateram et frenos ori tuo rectos attende' [2]). Loqui eis permittitur in capitulo propriam culpam confitendo vel fratrum excessus proclamando, non in generali proponendo; hoc enim seniorum est . . . Et Seneca: 'Cave ne in questionum giris et meandris tanquam apud Cyreneos consenescas' [3]).

Schluß: (Bl. 84v) Ad quam pacem nos perducat qui 'est pax vera, qui fecit utraque unum' [4]), mediator Dei et hominum, homo Christus Jhesus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per infinita secula seculorum. Amen. Expliciunt sermones.

Nr. *16*. 18 Homilien über die Geburt und Kindheit Jesu (vgl. Schönbach I, 19). Der Text liegt jetzt, außer im I. Bande des Coppenstein, in 5 Hss. vor, unter denen allerdings die Kölner Hs. nur eine Kürzung bietet und ohne die Praefatio ist. Die Widmung an den eignen Abt (bei Schönbach I, 32, in Coppensteins Druck I, 1) lautet nach der handschriftlichen Ueberlieferung in C^3 M^1 M^4 T^2 T^4: Epistola Cesarii in moralitates ewangeliorum (Epistola in moralitates tocius anni M^1 T^2). Dilecto patri et domino H[enrico], venerabili abbati in Valle sancti Petri, frater Cesarius, monachorum eius novissimus, cum obediencia filialem in Christo caritatem. Que hortatu vestro et prioris mei necnon et aliorum quorundam fratrum instancia super lectiones ewangelicas, Christi gracia inspirante, per ministerium meum sunt conscripta, caritati vestre devotus offero corrigenda. Quodsi forte in eis aliquid occurrerit quod merito legentes offendere poterit, ut emendetis suppliciter exoro. Omne siquidem opus in tres partes distinxi: prima incipit ab eo (illo T^4) loco ubi angelus mittitur ad Mariam, et in nupciis ubi aquam in vinum mutavit Salvator terminatur, continens omelyas XVIII; secunda pars continet omelyas dominicales numero LXIIII; tercia vero de sollempnitatibus sanctorum in quibus XII lectiones habentur in ordine nostro, omelyas habens XXXIII. Explicit epistola. Wie man sieht, ist diese Widmung gemeinsam für die große Homiliensammlung = nr. *16. 18. 20.* abgefaßt.

Hierauf folgt die besondere Vorrede für unseren ersten Homilienabschnitt (bei Schönbach I, 19 nach Coppensteins Druck):

Prefacio eiusdem super omelias morales de puericia Christi (M^4 T^4). 'Fasciculus mirre dilectus meus michi, inter ubera mea commorabitur' [5]). Sepe a vobis admonitus, ymmo cum multa instancia rogatus sum, domine unice michi dilecte, quatenus super lec-

[1]) Ecclus. 32, 10. [2]) Eb. 28, 29 f. [3]) Aehnlich Gellius, Noctes Atticae XVI, 8, 17: 'ne . . . in illis dialecticae gyris atque maeandris tamquam apud Sirenios scopulos consenescas'. [4]) Ephes. 2, 14. [5]) Cant. 1, 12.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tiones ewangelicas aliquid moralitatis scriberem, quod et religioni nostre congrueret et mores auditorum instrueret, maxime propter conversos, quibus ex consuetudine ordinis singulis diebus dominicis verbum proponitur exhortacionis. Considerans me prorsus ad hoc insufficientem tum sciencia tum etate, sacius duxi postulata dissimulare quam indigne scribendo legentes scandalizare; non enim decet ut etate iunior seniores doceat et minus doctus sapientibus scribat. Sed quia semper monendo non destitistis, cum vestrum esset precipere, meum obedire, malo ab iis qui tantum proni sunt ad vituperandum in occulto sustinere detractionem quam non obediendo (scribendo M^1 T^4) vestram offendere dilectionem. Spero quia boni, si in aliquibus excessi, equanimiter tollerabunt; quia 'caritas paciens est, benigna est' [1]). Omnia siquidem que in quatuor ewangelistarum scriptis de Christi incarnacione sive puericia sparsim posita repperi, eo ordine quo gesta sunt in unum collegi, parvum ex eis ligans fasciculum, tractatum videlicet XVIII sermonum. Et quia in incarnacione Salvatoris exordium est nostre redempcionis, ibi scribendi sumpsi inicium et in eius baptismo terminans feci finem (posui terminum M^1 T^4). Si qua forte alia scripturus sum deinceps super ewangelia, eo ordine disponam quo leguntur in ecclesia. Bene autem comparatur fasciculo tractatus iste, quia sicut in fasciculo coherent ramusculi, ita (*fehlt* M^1 M^4) sensus omelye unius pendet ex sensu alterius. Vox Christi est: 'quasi mirra electa dedi suavitatem odoris' [2]). Mirra vero gustu amara est, odore suavis. Natus Dominus mox gustavit amaritudinem Herodiane persecucionis, simul ex se mittens suavitatem odoris. Hunc odorem magi senserunt in Chaldea, in templo Symeon et Anna. Quedam inserui aliquantulum subtilius ad exercicium legencium, quedam de Vitas-patrum propter utilitatem simplicium, nonnulla eciam que nostris temporibus sunt gesta et a viris religiosis michi recitata. Hoc pene in omnibus omeliis observare studui, ut quod probare poteram ex divine scripture sentenciis, hoc eciam firmarem exemplis."

Es folgen 8 leoninische Verse, deren Anfangsbuchstaben den Namen CESARIVS ergeben. Den ersten Vers druckte Coppenstein falsch, sodaß das erste Wort gleich das Akrostichon stört: Tunc meritum crescat etc., was Schönbach I, 22 in Crescat tunc meritum etc. bessern wollte. Aber alle Hss. bringen das richtige Cum:

Cum meritum crescat sponse, si corde quiescat
Eius dilectus, huic fiat in ubere [3]) lectus
Sponse dilecte. Quod sic fieri lego recte.
Alcius attendat sponsi cruciamina, prendat
Ramos vitalis mirre quinquecubitalis,
In fascem stringat super ubera quinaque lingat
Vulnera. Nonnullos sic dicit lambere pullos
Sanctus Job aquile [4]). Sic fit tibi, Christe, cubile.

[1]) 1. Cor. 13, 4. [2]) Ecclus. 24, 20. [3])Vgl. Cant. 1, 12. [4]) Vgl. Job 39, 30.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Es folgt das Register der 18 Homilien, die erste beginnt mit den Worten „Missus est angelus Gabriel". Da Coppenstein in seinem Druck die Reihenfolge geändert hat (vgl. Schönbach I, 21), so möge eine Konkordanz dies bessernd zeigen:

1a	omelya „Missus est angelus Gabriel	= Coppenstein, Omelia	I.
2a	——— „Nomen Virginis Marie	= ———	II.
3a	——— „In diebus illis exurgens Maria	= ———	III.
4a	——— „Cum esset desponsata mater	= ———	IV.
5a	——— „Factum est in diebus illis, exiit edictum	= ———	V.
6a	——— „Pastores loquebantur adinvicem	= ———	VI.
7a	——— „Videamus verbum quod factum est	= ———	VII.
8a	——— „Postquam consummati dies octo	= ———	IX.
9a	——— „Postquam impleti dies octo	= ———	X.
10a	——— „Cum natus esset Jhesus	= ———	XIII.
11a	——— „Postquam impleti sunt dies purgacionis	= ———	XVIII.
12a	——— „Erant pater eius et mater mirantes	= ———	XI.
13a	——— „Surge et accipe puerum	= ———	VIII.
14a	——— „Defuncto Herode apparuit angelus	= ———	XII.
15a	——— „Cum factus esset Jhesus annorum XII	= ———	XV.
16a	——— „Anno XV⁰ imperii Tiberii	= ———	XVI.
17a	——— „Moraliter de eodem	= ———	XVII.
18a	——— „Vidit Johannes Jhesum	= ———	XIV.

Am Schlusse der 18. Predigt bieten die Hss. *M*⁴ *T*⁴ *8* leoninische Verse des Abtes Heinrich oder eher ihm zu Ehren (bei Coppenstein I, 159); die Anfangsbuchstaben ergeben seinen Namen:

Subscripcio domini Henrici abbatis.

Hic lege tu qui vis quibus influat unctio rivis.
En via monstratur vita qua concipiatur,
Nascatur, crescat celorum rex, adolescat,
Regibus oretur, cultro deprepucietur,
Intret ad exemplum patri se sistere templum,
Currant annosi duo, collaudent studiosi,
Vadat ad Egiptum, Baptista tremens aquet ipsum.
Si legis, invenies hec nec nocuus tibi fies.

Explicit subscripcio.

Ueber Nr. *17*, den berühmten Dialogus miraculorum, handle ich in meiner kritischen Neuausgabe = Teil II.

Nr. *18* bildet den zweiten Teil der großen Homiliensammlung, nämlich 64 Predigten. Der Text liegt uns, außer im zweiten und dritten Bande bei Coppenstein, der mit Unrecht hier zwei Teile gebildet hat, in 6 Hss. (*G H L M*³ *M*⁴ *T*⁴) vor. Dem Ganzen geht ein Prolog (Schönbach I, 23 nach Coppenstein) voraus: Incipit prologus in omelyas dominicales. 'Botrus Cipri dilectus meus michi in vineis Engaddi' [1]). Vox est dilecte ad dilectum,

[1]) Cant. 1, 13.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sponse ad sponsum, ecclesie ad Christum qui vocatus ad nupcias botrum se ibidem exhibuit, de aqua vinum optimum faciendo, quo convivas inebriavit. Vox ipsius est: 'Comedite, amici, et inebriamini, karissimi' [1]). Ab illo tempore teste ewangelio cepit Jhesus predicare, miraculis clarescere et corda audiencium parabolarum suarum dulcedine inebriare. Botrus Cypri dulcissimus est et quid suavius Christi doctrina? Ipsa enim est vinum novum, vinum conditum, mustum malogranatorum, cibans superficie littere et inebrians virtute spiritualis intelligencie. Utrumque facit botrus: comestus cibat, expressus inebriat. Erat autem Dominus botrus in vineis Engaddi, id est in medio discipulorum quibus ipse dicit: 'Vos estis qui permansistis mecum in temptacionibus meis' [2]). Engaddi interpretatur 'temptacio' vel 'fons edi' [3]). Per ministerium apostolorum et baptismi virtutem gencium fetorem in agnorum mundiciam Christus convertit; ipsi enim sunt vinee, de quibus sponsa dicit in Canticis canticorum: 'Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi' [4]). Cum caritas vestra michi iniunxisset, domine karissime, dominicalia exponere ewangelia, vix XVIII omeliis expletis, quas fasciculum vocavi moralitatis, abbate meo precipiente et fratrum importuna peticione urgente compulsus sum ut nostis opus interrumpere et Dyalogum scribere miraculorum. Quo Dei adiutorio expleto, rursum ad omelias recurro et, quia monachis atque conversis scribo, eorum ordini exposicionem adapto. Cui eciam plurima exempla ex eodem Dyalogo sumpta inserere studui, verbis aliquando mutatis gracia compendii. Et quia nonnulli fratrum causati sunt precedentes omelias nimis esse prolixas nimisque infirmis intellectibus subtiles, utrumque cavere curavi, stilo utens breviori atque planiori. Explicit prologus.

Wie Schönbach I, 24 gezeigt hat, ist die besondere Widmung nicht dem oben erwähnten Abte Heinrich von Heisterbach (Vallis sancti Petri), sondern dem Abte Heinrich von Himmerode (Claustrum) zugeeignet (s. unten S. 21). Caesarius hat sich durch die am ersten Teile der Homilien geübte Kritik inzwischen bewogen gefühlt, nachdem die Fortsetzung infolge der Abfassung des großen Dialogus miraculorum geruht hatte, klarer und kürzer zu schreiben, ohne von der weiteren Aufnahme der Exempla, auch aus dem Dialog und mitunter in gekürzter Form, abzustehen.

Nr. *19* ist die Vita Engelberti Coloniensis archiepiscopi. Vgl. Schönbach I, 26 ff. Sie liegt inzwischen, da die früheren Drucke bei Surius, De probatis Sanctorum historiis VI

[1]) Eb. 5, 1. [2]) Luc. 22, 28. [3]) 'Engaddi temptatio Latine significatur' Ambrosius, Expositio psalmi 118, 3, 8 (ed. Petschenig, Corpus script. eccles. Lat. 62, S. 44, 27); 'Engaddi oculus vel fons haedi' Hieronymus, Liber interpret. Hebraic. nom. ed. de Lagarde a. a. O. S. 57, 26 (vgl. S. 27, 17). [4]) Cant. 1,5.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

(1575), 137—163, in der 4. Ausgabe (1618), XI (November), 185—200, bei Aegidius Gelenius, Coloniae 1633 und J. F. Böhmer, Fontes rerum Germ. II (1845), 294—329 (nur Buch I und II) ganz unzureichend waren, in der mustergültigen Ausgabe von A. Poncelet, Acta Sanctorum Novembris collecta, digesta, illustrata, t. III (1910), 623—684 (vgl. S. 946) nach sechs Hss. vor. Vgl. jetzt die alles Wesentliche über dies Werk zusammenfassende Studie von J. Greven, Die Entstehung der Vita Engelberti des Caesarius von Heisterbach, Annalen des hist. Vereins für den Niederrhein 102 (1918), 1—39.

Nr. *20,* der Rest des großen Homilienwerkes, bei Coppenstein als 4. Teil abgedruckt, 33 Stücke fast ausschließlich für Heiligenfeste (vgl. Schönbach I, 31), ist enthalten in den Hss. Mainz, Stadtbibl. 400b (M^2), Bl. 1r—188v und Trier, Stadtbibl. 232 (T^1), Bl. 1—175vb. Die Vorrede (Schönbach I, 31 nach Coppensteins Druck) lautet:

Incipit prologus in omelyas de sollempnitatibus tocius anni morales. 'Jacob diligebat Joseph super omnes filios suos, eo quod in senectute sua genuisset eum, fecitque ei tunicam polimitam' [1]). Jacob in hac figura significat Deum Patrem, de cuius senectute, id est eternitate, David dicit: 'Ab eterno et usque in eternum tu es Deus' [2]). Cuius cum filii simus nos homines sive per condicionem sive per adopcionem sive per imitacionem, habet tamen filium unicum naturalem, consubstancialem sibique coequalem, Dominum nostrum Jhesum Christum, quem in senectute sua genuit, quia sicut celestis illa generacio principio, ita et fine caret. Hunc super omnes filios adoptivos diligit, sicut de celo protestatus est dicens: 'Hic est filius meus dilectus, in quo michi bene complacui' [3]). Hoc solo Christo congruit. Ipsum Deum Patrem eciam esse patrem nostrum ipse Filius ostendit, cum dicit: 'Ascendo ad patrem meum et patrem vestrum' [4]). Item in oracione quam ipse docuit dicens: 'Pater noster qui es in celis' [5]); item alibi discipulis: 'Ut sitis filii patris vestri qui in celis est' [6]). Tunica Christi polimita sancta est ecclesia per varios ordines distincta. Jacob quasi tunicam filio suo Joseph fecit, cum Deus Pater Christo filio suo in virginis utero naturam humanam qua illum vestiret creavit. Vox eius est: 'Induit me vestimento salutis', id est carne humana, 'et stola iusticie', id est ecclesia, 'circumdedit me' [7]). Tunica hec talaris est, quia in finem mundi durabit ecclesia militans. In ipsa enim flammescit coccus bis tinctus apostolorum in Dei et proximi dilectione, rubet in ea purpura martirum in sanguinis effusione, flavescit in ea iacinctus confessorum in celesti conversacione, candet in ea bissus virginum in carnis incorrupcione. Hos quatuor fuisse colores legimus in vestibus Aaron [8]), qui et ipse Christum significat. Quia autem in nataliciis iam dictorum quatuor ordinum, apostolo-

[1]) Gen. 37, 3. [2]) Ps. 102, 17 und 89, 2. [3]) Matth. 17, 5. [4]) Joh. 20, 17. [5]) Matth. 6, 9. [6]) Eb. 5, 45. [7]) Isaias 61, 10. [8]) Exod. 28, 5 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rum videlicet, martirum, confessorum atque virginum, ecclesia sollempnizat lectiones ewangelicas, illas precipue in quibus XII lectiones habentur in ordine nostro in eorum festivitatibus per omelyas XXXIII moraliter, Deo inspirante et fratrum caritate adiuvante, explicavimus, exposicionem qua omelye dominicales edite sunt imitantes.

Das Homelienwerk hat einen Epilog von Caesarius erhalten, worin er seine Leser wegen gewisser Flüchtigkeiten und etwaiger Mängel um Nachsicht bittet, da ihm vor der Zeit und vor der Nachprüfung des Handexemplars, dessen Inhalt hauptsächlich seinen Novizen, überhaupt nur dem internen Kreise zugedacht war, von dem Abte Heinrich von Claustrum (Himmerode), dem Mutterkloster von Heisterbach, eine übereilte Publikation durch sofortiges Kopieren mit sanfter Gewalt abgezwungen worden sei. Die Schlußworte ermahnen alle Kopisten, diese subscripcio anzuhängen und das Korrigieren recht gründlich vorzunehmen. Daraus ergibt sich ferner, daß Coppenstein mit Unrecht diese ganze nachträgliche Bitte des Autors an den Anfang der Homiliensammlung stellte unter dem Titel Epistola monitoria vener. Caesarii in Homilias suas Dominicales ac festivales ad lectorem. Diese Nachschrift (Schönbach I, 33 nach Coppensteins Druck) lautet: Subscripcio operis precedentis. Obsecro eos qui lecturi [1]) vel audituri sunt hec que Deo inspirante super lectiones ewangelicas meo ministerio conscripta sunt, ne me iudicent de presumpcione, quia et abbatis mei iussio et fratrum peticio ad hoc me incitavit. Quodsi aliquid minus caute scripsi et plus forte quam debui ipsos prelatos vel subiectos in eisdem exposicionibus notavi, ut stulticie mee ignoscant et veniam postulanti condonent, suppliciter exoro. Secrete quidem ea scripsi et secrete legi volui, ipsam exposicionem ita ordinans, ut conversis quibus singulis diebus dominicis aliquid de divinis scripturis et maxime de ewangeliis exponi solet congrueret; illa enim necessitas occasio precipua fuit scribendi. Propter quod miracula et visiones ipsis exposicionibus inserere studui; et quia hoc quibusdam minus placuit, in omeliis de sollempnitatibus sanctorum hoc ipsum cavi. Quod cum pervenisset ad noticiam domini Henrici, venerabilis abbatis de Claustro, patris et visitatoris nostri, que iam ex parte dictaveram, cum nondum plene a me fuissent examinata atque correcta, me contradicente, sicut ipse michi testis est, secum tulit et transcribi fecit, secretum meum publicans et ut in dictando festinarem satis instans. Quod et feci. Unde minus michi imputandum arbitror, si negligencius et insipidius dictata sunt. Quodsi in eisdem omeliis sive in aliis scriptis meis aliquid posui, quod non spero, quod fidei ecclesie et scriptis sanctorum contradicere videatur, in hoc me errasse confiteor et errata ex proprio condempno; non enim error hereticum facit, sed defensio erroris [2]). Sentencias et auctoritates tam veteris quam novi testamenti, cum a me exposicionibus inserende essent ipsaque verba aliquando nescirem et nimis michi esset tediosum

[1]) Vgl. 2. Machab. 6, 12. [2]) Ebenso oben S. 3, 21.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

libros revolvere, posui illas ut scivi, non ex industria, sed ex ignorancia, quandoque verba ipsa vel sensum verborum mutando. Aliquando eciam quedam que usitata videbantur brevitatis causa minus expressi, ut est illud 'animas electorum fuisse in inferno', id est in limbo (lumbo M^2) inferni, et quod Christus neque discipuli eius (*fehlt* T^1) nusquam legantur comedisse carnes, subaudiendum est: nisi de agno paschali. Rogo ergo eos qui ista lecturi sunt, ut non insidiose, sed in caritate, non ut iudicent, sed ut edificentur, ea legant, quia que a simplici simpliciter, non propter alicuius sciencie ostentacionem, sed propter obedienciam et fratrum edificacionem, sicut ipse testis est qui 'omnia novit' [1]), scripta sunt, simplicem lectorem vel auditorem requirunt. Supplico eciam caritati eorum qui omelias istas transcribunt, quatenus subscripcionem hanc annectant et que scripserint diligenter corrigant, ne vicium ipsorum in auctorem refundatur [2]). Explicit subscripcio.

Nr. *21*, ein Traktat zu Ehren Marias unter Zugrundelegung der Worte des Hohen Liedes 6, 9 'Que est ista que progreditur sicut aurora consurgens', galt als verloren (Schönbach I, 36), wurde aber von Schönbach (II, 14) in einer Kölner Hs. (= C^2) gefunden, wonach J. H. Schütz, Summa Mariana, Paderborn 1908, II, 687—716, eine mangelhafte Edition veranstaltet hat. In dem Codex der Kölner Karthause (= B^2) Bl. 19v—29r konnte ich eine andere, bessere Kopie des Werkchens feststellen. Die Widmung lautet hier:

Incipit epistola Cesarii venerabilis monachi Heisterbachensis et sacre theologie professoris ad Alardum monachum presbiterum de laude gloriose Virginis Marie. Exigis a me, frater carissime, ut clausulam de Canticis canticorum sumptam, que loco lectionum per octavam assumpcionis gloriose Dei Genitricis Marie in ordine nostro in matutinis corde recitatur, ad laudem eiusdem beatissime Virginis exponere debeam. Ad quod opus cum omnino insufficientem me considerem, utpote illiteratum et elinguem, tue tamen peticioni ac devocioni satisfacere cupiens tuisque sanctis oracionibus adiuvari sperans, etsi non tam eleganter sicut desidero, scribam tamen in eius laude quod potero; nam ipsam clausulam non totaliter de eius assumpcione conabor exponere, sed qualiter singula eiusdem clausule membra singulis eius festivitatibus congruant propositi est (proposui C^2) explicare.

Der Text besteht aus fünf Predigten auf die Marienfeste: in concepcione, in annunciacione, in nativitate, in purificacione, in assumpcione. Einzelnes daraus bei Schönbach II, 15.

Nr. *22*, zwei Predigten in Dialogform über die Verklärung Christi (Schönbach I, 37), konnte ich in 6 Hss. (C^1 C^3 C^4 M^1 T^2 T^4) be-

[1]) 1. Joh. 3, 20. [2]) Vgl. z. B. die Beschwörung der Abschreiber durch Irenäus bei Hieronymus, De viris inlustribus c. 35 oder Rufinus, Hist. eccl. V, 20.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

legen. In den Hss. C^1 C^4 ist alles innerhalb nr. *30* (Fastenpredigten) hinter die feria sexta eingeschoben. Die Widmung an den Prior Hartmann von Himmerode (Claustrum) lautet: Epistola Cesarii ad Hartmannum (*in* M^1 *corr.:* Heinricum) priorem de Claustro de transfiguracione Domini. Dilecto domino et amico suo precordiali Hartmanno (*nur* H. T^4, *fälschlich* Henrico T^2, Heynrico M^1), priori de Claustro, frater Cesarius quidquid potest devocionis cum affectu caritatis et oracionum obsequio. Cum nuper inter nos esset collacio (inter nos coll. versaretur C^4) de transfiguracione Salvatoris in monte Thabor celebrata, in qua et ipsius et omnium nostrum fuit et est gloria future resurrectionis declarata, sicut nostis valde humiliter multumque instanter supplicastis parvitati mee, ut eandem lectionem ewangelicam exponere vellem et ea precipue replicare, que circa corporum resurrectionem et future vite statum inquiri et per disputaciones ventilari solent. Placuit eciam vobis, ut ad meliorem (maiorem M^1 T^2) intelligenciam hoc fieret sub typo dialogi, ita ut vos personam interrogantis et ego personam assumerem respondentis. Ad quod opus cum scirem me prorsus insufficientem, caritatem tamen vestram offendere pertimescens, si non obedirem, peticioni vestre acquievi. Et quia circa corpora glorificata dotesque eorum multa in disputacionibus versari solent, que auctoritatibus divine scripture solvi nequeunt, magis ad interrogata studui opinando respondere quam aliquid assertive diffinire; eciam si Deus aliquid michi super hiis revelasset, quis michi crederet? Ubi sancti patres tacent, ubi doctores inter se non concordant, valde temerarium iudicaretur, ymmo detrahentibus materia daretur michi obloquendi, si aliquid ibi dicerem pro sentencia. Adiuvate igitur oracionibus insufficienciam meam, ut et Dominus scribentis stilum sua inspiracione promoveat et in cordibus audiencium sive legencium que scribenda sunt fructuosa efficiat (facere dignetur C^4). Explicit epistola. Eine Charakterisierung des Werkes nebst Auszügen gibt Schönbach I, 39 ff. nach der Hs. T^2.

Nr. *23*, acht Predigten über das Leiden Christi (Schönbach I, 41), überliefern uns 8 Hss. (C^1 C^3 C^4 D^3 M^1 T^2 T^4 T^6). In den Hss. C^1 C^4 ist dieses Werk innerhalb nr. *30* vor die letzte Homilie Sabbato in vigilia pasche eingeschoben. Die Widmung an die Prioren Alexander von Himmerode (Claustrum) und Peter von Marienstatt (Locus sancte Marie) lautet:

Epistola in exposicionem moralem super passionem Christi secundum omnes ewangelistas. Viris religiosis et dominis suis in Christo karissimis, Alexandro de Claustro et Petro de Loco sancte Marie prioribus, frater Cesarius sic Christi participare passioni, ut in futuro consortes esse mereamini gloriose eius resurrectionis. Diu est quod petere cepistis et suadere in quantum potuistis, quatinus ad multorum ut dicebatis utilitatem passionem Domini nostri Jhesu Christi moraliter

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

exponerem. Quod quidem iam diu distuli ac protraxi, non vestram parvipendendo peticionem, sed propriam considerando ad hoc insufficienciam operisque difficultatem; nondum enim legisse me memini aliquam moralem exposicionem super Salvatoris passionem. Preterea in omeliis de sollempnitatibus diversorum sanctorum dictandis ita occupabar, quod huic operi nisi illis prius expletis vacare non potui. Nam quidam easdem omelias iam ex parte transcripserant et non cum parvo desiderio adhuc superstites expectabant. Quibus expletis, postulacionibus vestris satisfacere dignum duxi, malens minus eleganter scribendo irrisionibus subiacere quam caritati vestre desiderata negare. Et quia unus ex vobis exponi petivit passionem Domini secundum Lucam, alius (alter C^1 C^4 D^3) vero secundum Johannem, eo quod nimis tediosum longumque esset singulis (singulas C^1 C^4 D^3) per ordinem exponere, maxime quia in plurimis locis concordant, quorundam usus consilio passionem secundum Matheum, que plenius ordinem rei geste prosequi videtur, explanare studui et quod minus ille dixit vel omnino tacuit ex aliorum trium ewangelistarum scriptis supplevi; sicque modicum puto neglectum quod non sit expositum. Quodsi minus satisfactum est desiderio vestro per insulsam atque insufficientem vel incautam exposicionem, magis imputandum est vobis qui me coegistis atque insipientem fecistis. Spem habens in oracionibus vestris sanctis, opus quod supra vires meas fuit aggressus sum, verborum contempnens faleras, quia non decet rethoricis floribus sermonem pingere, ubi de humillima Christi tractatur passione. Omnem tractatum per octo (tr. in septem *Hss. außer* C^1 C^4 D^3) omelias distinxi, ne prolixitas legentibus fastidium generaret [1]). Explicit epistola. Auszüge bei Schönbach I, 43 f. nach der Hs. T^2, wo der Schluß unvollständig ist. Dieser lautet: Hec, domini karissimi, super passionem Salvatoris a me moraliter scripta sufficiant, quia si minus votis vestris satisfactum est, magis vobis quam michi imputandum est, eo quod ad materiam difficilem disertum atque litteratum dictatorem quesisse debueratis. Attamen scire debetis ad mores informandos viciorumque motus comprimendos ipsam Dominice passionis simplicem historiam omni intellectu mistico sive tropologico magis efficacem. Qui ad exemplum humilitatis, paciencie et caritatis non movetur, cum audit vel legit Dei Filium pro se venditum, captum, ligatum, colaphizatum, expalmatum, consputum, nudatum, flagellatum, felle et aceto potatum, crucifixum, mortuum et sepultum, puto quod misticis sensibus modicum movebitur. Unde, fratres karissimi, ut vivere mereamur cum vivente, regnare cum regnante, pro nobis passo compaciamur, pro nobis mortuo commoriamur, et recipiemus ab eo 'quod oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, que preparavit diligentibus se' [2]) Jhesus Christus Dominus noster, qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus

[1]) Vgl. z. B. Sulpicius Severus, Vita Martini c. 1, 8 (ed. Halm S. 111): 'Simul et legentibus consulendum fuit, ne quod his pareret copia congesta fastidium'. [2]) 1. Cor. 2, 9.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

per omnia secula seculorum. Amen. Explicit omelia octava de passione Domini.

Auf die verlorene nr. *26* ist in nr. *28* in der Widmung angespielt.

Ueber nr. *27*, die Libri miraculorum (visionum), handle ich in meiner kritischen Neuausgabe = Teil III.

Nr. *28*, eine Erklärung des 19. Psalms 'Exaudiat te Dominus', habe ich in der Hs. Mainz, Stadtbibl. 400 b, Bl. 213ra—226rb auffinden können. Auch das Widmungsschreiben an den Mönch Cuno von Marienstatt (Locus sancte Marie) hat sich da erhalten. Es lautet: Incipit de psalmo nono decimo. Viro religioso et amico karissimo Cunoni, presbitero et monacho de Loco sancte Marie, frater Cesarius precum suarum obsequium. Cum ad peticionem domini Conradi, quondam abbatis vestri, ad honorem Domine nostre sancte Dei Genitricis Marie quosdam psalmos exponerem, videlicet 'Domini est terra' et 'Eructavit cor meum' et 'Magnus Dominus' et 'Benedixisti, Domine, terram' et 'Lauda, Jherusalem, Dominum' [1]) et hoc cognosceres, frater karissime, satis michi institit devocio tua, tam supplicando quam consulendo, quatinus ad honorem eiusdem Virginis explicarem psalmum nonum decimum secundum illud tempus quod stetisse legitur iuxta crucem filii flens et orans. Acquievi igitur peticioni tue, sed nescio utrum satisfecerim desiderio tuo. Primam partem psalmi exposui de dolore eius in Christi passione, reliqua vero de leticia cordis eius in eiusdem resurrectione, ascensione et adventu Spiritus sancti, quo ecclesia primitiva est confirmata et contra Christi persecutores erecta. — Der Text beginnt: 'Exaudiat te Dominus in die tribulacionis, protegat te nomen Dei Jacob' . . . Schluß: Quia psalmi exposicio iam in longum protracta est, necesse est ut ad finem tendatur, et quia omnis consummacionis finis Christus est, ipsum deprecemur, ut finem bonum nobis largiri dignetur meritis et precibus sue Genitricis, cui cum Patre et Spiritu sancto honor sit et imperium per infinita secula seculorum. Amen.

Auf nr. *29*, den verlorenen Traktat in Dialogform wider die Ketzereien seiner Zeit, wird in einer Stelle von nr. *30* angespielt, die ein Jahr später entstand.

Nr. *30* ist ein großes Quadragesimale, bestehend aus 36 Homilien (nr. *22* und *23*, schon früher abgefaßt, bilden die Ergänzung dazu), in zwei Volumina eingeteilt (vgl. Schönbach I, 46). Es ist uns in drei Hss. (C^1 C^4 T^3) erhalten. Die Widmung lautet: Epistola Cesarii ad Everlingum presbiterum super omelias per ferias quadragesime. Viro venerabili et amico suo precordiali domino Everlingo, sacerdoti et mo-

[1]) Es sind die Psalmen 23, 44, 47, 84 und 147. Vgl. S. 6 Nr. 26.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nacho de Florido Campo[1]), frater Cesarius in virtutibus florere et ad spei nostre fructum Dominum nostrum Christum post hanc vitam feliciter pervenire. Realiter magis quam nominaliter de Florido Campo esse diceris, eo quod in campo sacre scripture flores cottidie colligas, tum legendo, tum sentencias meliores excerpendo, tum aliquid novi dictando. Nec tamen huiusmodi studium tibi sufficit, quin alios ad hoc ipsum horteris, saluti proximorum consulens. Cum anno preterito venisses ad nos et vidisses omelias dominicales, quas super ewangelia dictaveram, necnon et omelias de festivitatibus sanctorum easque ex parte legisses, suadendo atque rogando institit michi caritas tua, ut super ferias quadragesime consimiles scriberem, eo quod tales omelie nobis essent rare et ideo ad legendum in mensa necessarie. Considerans vero in eisdem lectionibus ewangelicis misteriorum profunditatem et dicendorum prolixitatem, tantum et tam profundum michi minus litterato pelagus intrare trepidavi. Ausum tamen meum Spiritui sancto tuisque oracionibus committens, per cogitacionis mee naviculam intravi et per exposicionis studium navigare incipiens, flante vento gracie, tuis eciam precibus et meritis succurrentibus, tam prospera michi facta est ipsa navigacio, ut circa terminum decem mensium ad litus pervenirem. Tanto siquidem tempore omne opus tam in scribendo quam in dictando perfeci, omelias videlicet numero XXXVI; nam omeliam de transfiguracione et super passionem VIII dudum compleveram. Quia omelie quadragesime ut dictum est rarius habentur, magis allegorica quam morali exposicione usus sum. Cui eciam propter maiorem intelligenciam diversis in locis aliquid de glosis et magistrorum dictis inserere studui, et hoc maxime in ewangelio Johannis. Ordinavimus autem ipsas omelias in duobus voluminibus, prime parti inserendo omeliam de transfiguracione, secunde parti passionem Domini. Explicit epistola. — Diese Einfügung von nr. 22 u. 23 innerhalb unseres Quadragesimale liegt in den Hss. C^1 C^4 vor. Auszüge bei Schönbach I, 50, wovon jenes hier wiederholt werden mag, was für unsere besonderen Zwecke von Bedeutung ist:

(C^4, Bl. 40vb). Horum sacerdotum avariciam imitantur huius temporis prelati atque plebani, qui accepto precio in porticibus sive ad ostia ecclesiarum suarum diversa mercimonia vendi permittunt, ex domo oracionis domum facientes negociacionis, et utinam non 'speluncam latronum'[2])!

(C^1, Bl. 219rb). Magnas et miserabiles, horrendas et inauditas hereses hiis temporibus inimicus hominis dyabolus sicut scitis, fratres, in cordibus multorum plantavit et heu cottidie plantare non cessat. Et nisi studio Predicatorum eradicarentur et per doctrinam et per penam, puto [h]ortum sancte ecclesie adulterinis illis plantacionibus iam esse repletum. Ante hoc biennium in rusticanis tantum hominibus[3]) eadem plantacio pullulabat, nunc in militibus et, quod periculosius est, in

[1]) Bloemkamp (Oldeklooster) bei Bolsward in Friesland. [2]) Matth. 21, 13. [3]) Schönbach I, 45 denkt an die (1234 vernichteten) Stedinger.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

potentibus dicitur apparere et timemus, nisi Deus sua virtute plantas illas virulentas cicius eradicet, quod usque ad principes ipsos earum fructus perveniet. Quid miserabilius quam quod homo christianus relicto Deo Luciferum, salutis sue inimicum, adorat et invocat? quid horribilius quam quod homo ad ymaginem Dei factus cattos et animancia venenata dicatur osculari? Osculantur et ipsum dyabolum ut aiunt in specie hominis teterrimi, pallidi et ex media parte hyrsuti, in detestacionem christiane religionis, magna et enormia committentes sacrilegia. Preterea tantas turpitudines in cellariis et in domibus subterraneis exercent in alterutrum sine discrecione sexuum atque personarum, ut non dico fidelium, sed et Judeorum aures abhorreant. Ve ve talibus hominibus! Quod audire non potest Judeus, hoc exercere non pertimescit christianus! Preterea, ut Lucifero placeant, quotquot hominum fidelium necare possunt ferro vel veneno sive alio quocumque modo, non omittunt, et hoc a magistris suis in mandatis acceperunt. Hec horrenda sacrilegia 'altam vitam' vocant, et merito; est enim in viciis profunda nimis, nam omnibus sacramentis ecclesie contradicunt. Contra quorum errores anno preterito ad fidei nostre defensionem dyalogum conscripsi, admonicione diversorum inductus. Unde ergo tante hereses hodie in ecclesia nisi ex cecitate prelatorum?

Der Schluß des Textes des Quadragesimale ist, wie schon Schönbach I, 54 ahnte, einfach vom Kopisten der Hs. T^3 unterschlagen worden. Es handelt sich um die letzte Predigt Sabbato in vigilia pasche secundum Matheum: In illo tempore, vespere autem sabbati que lucescit in prima sabbati venit Maria Magdalena [1]) . . . Schluß: in futuro autem videbimus eum 'facie ad faciem' [2]) sicuti est. Ad quam visionem nos perducere dignetur ipse Dei Filius homo Christus Jhesus, Deus et confrater noster, cui cum Patre et Spiritu sancto honor sit et imperium per infinita secula seculorum. Amen. Expliciunt omelie Cesarii super ferias quadragesime.

Nr. *31*, bestehend aus 22 sermones zur Erklärung des 118. Psalmes 'Beati immaculati', erst für verloren gehalten (Schönbach I, 54), hat dann Schönbach in der großen Kölner Hs. (= C^1) wiedergefunden (Schönbach II, 19). Die Vorrede lautet:

Prefacio Cesarii in psalmum centesimum decimum octavum. Diu est quod psalmum centesimum octavum decimum exponere cogitaveram, a fratribus admonitus. Sed grande opus habens in manibus, omelias videlicet super ferias quadragesime, tunc temporis caritati postulancium obedire non potui. Preterea omnino michi superfluum videbatur, ut post exposiciones magnorum patrum Augustini [3]), Ambrosii [4]) et Cassiodori [5]) qui super eundem psalmum sufficienter atque eleganter commentati sunt aliquid minus doctus scriberem. Cumque huiusmodi excusaciones fra-

[1]) Matth. 28, 1. [2]) 1. Cor. 13, 12. [3]) Migne, Patr. Lat. 37, 1501 ff. [4]) Eb. 15, 1197 ff. [5]) Eb. 70, 835 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tribus non sufficerent, expleto opere iam dictarum omeliarum, ad exposicionem huius psalmi me converti. Quam exposicionem maxime ad ordinem nostrum converti, eo quod psalmus ipse de disciplina et perfectione vite spiritualis loqui videatur. Quandoque tamen sensu allegorico ad fidem instruendam usus sum, et hoc quanto compendiosius potui. Solet nonnunquam fieri, ut post optima vina vilior potus ut est aque vel cervisie sive ad stomachum refrigerandum sive ad appetitum reparandum delectabilius sumatur. Legatur ergo post doctrinam supradictorum patrum iste tractatulus, non ut potus sapidus et inebrians, sed sicut potus tenuis et insipidus, bibendi, id est legendi doctrinas subtiliores provocans. Scripsi nuper super quosdam alios psalmos tractatus diversos, videlicet super psalmum 'Exaudiat te Dominus', item super psalmum 'Domini est terra', item super psalmum 'Magnus Dominus et laudabilis', item super psalmum 'Eructavit', item super psalmum 'Benedixisti', item super psalmum 'Fundamenta eius', item super psalmum 'Lauda, Jherusalem, Dominum' [1]). Omnes hos psalmos gracia Dei adiuvante ad honorem Domine nostre sancte Dei Genitricis exposui, domini Conradi Loci sancte Marie abbatis peticione ad hoc inductus et oracionibus adiutus. Explicit prefacio. — Zahlreiche Auszüge aus diesem Texte (z. B. über die Benediktinerregel, den liber usuum sancti Bernardi abbatis Clarevallis, über die Orden der fratres Predicatores und Minores, gegen den Geiz innerhalb des Klosterlebens, gegen die Simonie, über die Vorschrift: ut in ecclesiis ordinis nostri picture atque sculpture non habeantur, über Milde dem Schüler gegenüber, über die Pflichten der klösterlichen Vorgesetzten, über Bedeutung der Horen [2]), Vergleichung des Prälaten mit einem Käse [3]) u. a. m.) bei Schönbach II, 20 ff. Hier seien nur wenige Stellen mitgeteilt: (Bl. 38va) Quidam vel quedam, sicut aliquando vidimus et sepius audivimus, in tam felici excessu sic foris in corpore deficiunt, ut nichil videant, nichil audiant vel senciant. Talis defectus magnus est anime profectus, eo quod in contemplacione celestium mirifica revelentur, sicut exemplum habemus in apostolo Paulo [4]). Huiusmodi defectus est ascensus, quia, cum in contemplacione celestium corporis sensu deficitur, mente ascenditur. Tales defectus in hiis qui begini et begine dicuntur satis generales sunt, ex quibus plures cum clamore deficiunt. Ve autem illis qui huiusmodi defectus causa inanis glorie vel terreni commodi fingunt, quia revera tales non in Jhesu deficiunt, sed ab eius gracia, si qua in eis est, deficiunt, et quia cum clamore simulant graciam quam non habent, 'peribit memoria eorum cum sonitu' [5]). De huiusmodi defectibus multa me scripsisse recolo in libris Dyalogorum, necnon et in libris visionum quos nunc in manibus habeo . . . (Bl. 40rb) Quidquid

[1]) Vgl. oben S. 25. [2]) Eb. S. 13. [3]) Hier die Stelle: Freso dicit quod omnis caseus naturaliter sit malus (Schönbach II, 26). Schönbach sah (ebd. II, 47) hierin eine Anspielung auf „den schlechten Käse aus Friesland". Aber freso ist nicht = Friso, vielmehr bedeutet das Wort „Quarkkäse". [4]) Act. 9, 8 ff. [5]) Ps. 9, 7.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

enim tantum delectat et non edificat, fabula dici potest. Rumores regnorum, provinciarum et civitatum, in quibus nulla est utilitas, sed levitas et loquacitas, quid aliud sunt nisi fabulaciones? Caveant autem religiosi, ne huiusmodi fabulaciones vel recitando vel audiendo et in eisdem plus quam decet delectando iniqui fiant. Ad claustrales pertinet in suis collacionibus de divinis scripturis, non de rumoribus, de rebus edificatoriis, non de fabulacionibus loqui. Si necessitas de hiis que in provinciis aguntur nos loqui compellit, de culpa excusari poterimus; si mentis levitas et rumorum delectacio, inexcusabiles erimus a culpa qualicumque . . . (Bl. 57rb) Magna siquidem hodie est sicut scitis non solum apud Deum, sed eciam apud homines gloria sanctorum patrum Benedicti videlicet, Roberti[1]) et Bernardi propter ordinem monachorum, magna gloria beatorum patrum Augustini et Norberti propter regulam canonicorum regulariter vivencium, magna gloria sanctorum Dominici et Francisci propter ordines quos ipsi instituerunt; ad hoc enim singulis annis et in singulis provinciis capitula et concilia celebrantur et visitaciones fiunt, ut ordinum disciplina conservetur et ne a superbis lex Dei dissipetur. Respicite antiqua monasteria religiosorum: quando disciplina in eis viguit, data sunt eis a regibus et principibus huius mundi libri aurei atque gemmati, eiusdem generis et operis calices, thuribula et alia multa et varia mirique decoris ornamenta; que deficiente religione et ipsa defecerunt . . . (Bl. 59ra) Quantum gracie spiritualis attrahant sibi qui Deum laudant in psalmis, ymnis et canticis spiritualibus, unumquemque nostrum docet experiencia cottidiana. Ab hac gracia expertes sunt qui raro vel vix ora sua aperiunt in laude divina, raro psallentes et frequencius dormientes; tales non attrahunt sibi Spiritum sanctum cuius conversacione iocundentur, sed spiritus attrahunt malignos qui in eorum sompnolenciis et torpore plurimum delectantur. Hoc in libris Dyalogorum multis exemplis me probasse recolo . . . (Bl. 60vb) Ymagines Salvatoris ut scitis in laquearibus ecclesiarum sepe depicte vel sculpte habentur et solent secundum illarum exemplaria alia depingi . . . (Bl. 76vb) Sicut notum est hiis qui curiam Romanam sive imperatoris frequentaverunt, sepe contingit ut diversas habentes causas coram domino papa crebrius versentur, ut ab illo videantur, quorum tamen peticio illum latet, eo quod ad illum accedere non audeant nec liceat. Cumque peticionem suam per cancellarium principi porrexerint et ille audierit, tunc demum dicere poterunt quod deprecacio eorum appropinquaverit in conspectu pape. Et est satis incertum utrum eandem peticionem cassari iubeat annon. Aliquando eciam ipsa causa tam iniusta est, ut nec cancellarius eam presentare velit; quando vero racionabilis est ipsa peticio, facile admittitur, nisi forte ab adversariis impediatur.

[1]) Robert von Molesmes.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dieselbe Kölner Hs. (C^1) enthält nr. *32*, einen Kommentar zu den Stufenpsalmen, mit folgendem Prolog (Schönbach II, 35):

Incipit prologus cuius supra in quindecim cantica graduum. Cum ad peticionem fratrum psalmum exposuissem centesimum octavum decimum videlicet 'Beati immaculati in via' et eandem exposicionem discipline regulari et maxime ordini nostro prout illis placuit adaptassem, rursus ab eisdem rogatus sum quindecim psalmos sequentes qui eidem longissimo psalmo coniuncti sunt stilo consimili disserere. Cum autem fratrum caritas et importuna eorum adhortacio me quiescere non sineret, postposita verecundia gracie Dei me commisi, sperans illius dono michi posse subministrari quod minus est in sciencia. Et videtur michi hoc actum esse consilio Spiritus sancti; nam Hesdras propheta, qui psalterium et totam bibliothecam a Babiloniis combustam instinctu Spiritus sancti legitur reparasse et eodem Spiritu revelante titulos apposuisse [1]), eidem psalmo centesimo decimo octavo quindecim hos psalmos immediate sociavit, quos et 'cantica graduum' nominavit. Idem psalmus sicut nostis per litteras Hebrei alphabeti singulis litteris versibus octavis subiectis digestus est, ut sicut pueri in primis litteris usum discendi sumunt, ita et nos huiusmodi elementis usum vivendi usque ad maturitatem discamus. Nam sicut pueri, postquam didicerunt litteras alphabeti cognoscere, nominare, coniungere et per eas legere, gradatim discendo ascendunt ad libros grammaticorum, poetarum, rethorum atque philosophorum, necnon et ad cantica spiritualia per que Deus laudatur addiscenda, ita et nos per doctrinam eiusdem psalmi, in quo est forma tocius perfectionis et discipline, non passibus pedum, sed promocione affectuum gradatim ascendere studeamus 'de virtute in virtutem' [2]), quoadusque, deposita sarcina carnis, videre mereamur 'Deum Deorum in Syon' [2]), id est in gloria divine speculacionis que est in patria. Non igitur immerito virtutem horum psalmorum, per quorum doctrinam ad celestem ascenditur beatitudinem, scire fratres desiderant. Cum vero a magnis doctoribus et nominatissimis patribus sufficienter expositi sint et mea exposicio videatur omnino superflua, desiderio tamen petencium satisfacere cupiens scripsi quod potui, etsi non ut debui. Explicit prologus. — Auszüge des Textes bei Schönbach I, 36—40, wovon einiges auch hier Aufnahme finden mag: (Bl. 87ra) Ut autem taceam de regibus, ducibus et principibus huius mundi qui gladium portant [3]) ad defensionem bonorum et ad vindictam malorum [4]), pene omnes episcopi Alemannie et plurimi abbates utroque gladio utuntur, et utinam ad custodiam et salutem subditorum [5]) ... Cum enim quidam prelati ad utrumque gladium exercendum inutiles sint, ita ut nec sciant nec curent populis predicare neque per miliciam oppressos valeant defensare, sciunt tamen durissimis exactionibus et

[1]) Vgl. Petrus Comestor, Historia scholastica, Judith c. 5 (Migne, Patr. Lat. 198, 1483). [2]) Ps. 83, 8. [3]) Vgl. Rom. 13, 4. [4]) Vgl. 1. Petr. 2, 14. [5]) Vgl. Dialogus miraculorum II, 27.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

theloneis angariare populum subiectum et nacta occasione thesauros ecclesiarum et marsubia clericorum evacuare . . . (Bl. 93vb) Non incongrue minimos hos fratres hiis temporibus intelligimus discipulos beati Francisci, qui propter humilitatis meritum tali nomine a suo magistro nuncupati sunt. Et cum plures illorum fuerunt ecclesiarum prelati, pastores vel canonici et nonnulli filii regum, comitum, nobilium divitumque, sicut videmus, vilibus pannis induti a divitibus stipem petunt cottidianam . . . (Bl. 120vb) Intelleximus sepissime quod reges et principes terre, sub quorum potestate Judei positi sunt, nacta occasione gravissimis exactionibus eos attenuent et nonnunquam per tormenta eciam congregatas divicias ab eis extorqueant.

Dieselbe Hs. bringt Nr. *33*, nämlich eine Erklärung des 115. Psalmes 'Credidi propter quod locutus sum', bezogen auf den hl. Bekenner Stephan (Schönbach I, 41).

Nr. *34* und *35*, Berichte über Leben, Translation und Wunder der hl. Elisabeth, Landgräfin von Thüringen, sind veröffentlicht nach der sog. Nordkirchener Hs. von A. Huyskens, Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein 86 (1908), 17—59. Vgl. K. Wenck, Neues Archiv 34 (1909), 439 Anm. 2; O. Holder-Egger, eb. 35 (1910), 281 ff.

Werke des Caesarius außerhalb seines Katalogs.

Nr. *37*: Catalogus archiepiscoporum Coloniensium, bis auf Erzbischof Heinrich von Molenark (gest. 1238).

Druck: J. F. Böhmer, Fontes II, 271—282.
H. Cardauns, Mon. Germ. Scriptores XXIV, 332—347.

Nr. *38* (Hartzheim nr. 40): De sollemnitatibus beate Marie Virginis octo sermones, von mir vollständig wiedergefunden in der alten Hs. der Kölner Karthause 00. 219, Bl. 29r—46r (= B^2). Der Widmungsbrief lautet: Prologus ad Ludolphum priorem Vallis sancti Petri in epistolam que legitur in assumpcione sancte Marie. Iniunxit michi caritas vestra, domine carissime, ut epistolam illam que legitur in assumpcione beate Marie Virginis in sermones redigerem. Obediens igitur peticioni vestre singula capitula per singulos sermones explicavi atque ad diversas eiusdem Virginis solempnitates aptavi. Omisso autem sublimiori intellectu, qui totum canticum trahit ad illam eternam et increatam sapienciam, ad tabernaculum ipsius sapiencie, id est beatam Dei Genitricem stilum retorsi. Sunt autem capitula in numero octo; ex quibus quatuor precedencia continuantur, quodlibet illorum ternas habens distinctiones; quatuor posteriora sub binis distinctionibus sibi invicem respondent. Omnes siquidem sermones sicut postu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lastis plano dictamine de beata Virgine scripsi; ex quibus quatuor sunt communes, quatuor sequentes pene omnibus eius festivitatibus congruunt (sunt congruentes C^2). Explicit prologus. — Beginn des Werkes nach Ueberschrift: Item de annunciacione beate Virginis Marie sermo primus. In omnibus requiem quesivi . . .

Nun war auch Schönbach das Werk bekannt geworden nach Hs. C^2, worüber er in seiner 2. Studie, S. 16 ff. berichtet. Aber einmal wissen wir jetzt, daß die Widmung an eine bestimmte Persönlichkeit, nämlich an Prior Ludolf von Heisterbach, also nicht an einen Unbekannten, gerichtet war, sodann hat der Schreiber von C^2 nur die Hälfte des Textes überliefert, daher dort die Ueberschrift des Ganzen: Sequuntur adhuc alii quatuor sermones eiusdem abbatis unde supra. Den Rest in richtiger Anordnung bietet B^2, dessen Kopist auf einem besonderen vorgehefteten Blatte eine Uebersicht über die 8 Predigten gibt. Die Kapitelüberschriften selbst lauten:

I. Item in annunciacione beate Viginis Marie sermo primus Ecclesiastici 24°; 'In omnibus requiem quesivi (Ecclus. 24, 11) . . .

II. Sermo secundus generalis de beata Virgine Maria: 'In Jacob inhabita (eb. V. 13) . . .

III. Sermo tercius generalis de beata Virgine Maria: 'In Syon firmata sum (eb. V. 15) . . .

IV. Sermo quartus in nativitate beate Marie Virginis benedicte: 'Radicavi in populo honorificato (eb. V. 16) . . .

V. Sermo quintus in nativitate seu in annunciacione vel assumpcione sancte Marie: 'Quasi cedrus exaltata sum (eb. V. 17) . . .

VI. Sermo sextus in nativitate sancte Marie: 'Quasi palma exaltata sum (eb. V. 18) . . .

VII. Sermo septimus de omnibus solempnitatibus sancte Marie: 'Quasi oliva speciosa in campis (eb. V. 19) . . .

VIII. Sermo octavus in assumpcione sancte Marie: 'Sicut cynamomum et balsamum (eb. V. 20) . . .

In der 6. Predigt folgende Stelle: (Bl. 41r) De rosa oleum rosaceum conficitur, quod ad varios usus egrotancium valere dinoscitur. Secundum Palladium conficitur hoc modo [1]): Uncia de foliis rosarum libre olive inmergitur et simul utrumque in vase vitreo septem diebus ad solem suspenditur. Hoc si bibitur, mollit ventrem stomachique calorem infrigidat, dolorem capitis sedat, sordes expurgat, vulnera sanat, ore diu tentum dolorem dencium mitigat, combusturas pellit, palpebras

[1]) Palladius, Opus agriculturae VI, 15 (ed. Schmitt, Leipzig 1898, S. 168) ist hier nicht selbst benutzt, sondern durch Vermittlung des Macer Floridus (Odo von Meung), De viribus herbarum c. 21, V. 776—807 (ed. L. Choulant, eb. 1832, S. 60 f.), auf dem der ganze Abschnitt beruht (Palladius wird V. 802 genannt).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

duras molles reddit. Talis est confectio et effectus olei roseacii mirabilis, sed multo dignior et efficacior est virtus olei spiritualis.

In der 7. Predigt: (Bl. 42r) Oleum mirabile ceteris infusum liquoribus in superficie natat, oleum illuminat, oleum cibat, oleum sanat, oleum navigancium pericula levat. Dicitur quod navigantes in mari, cum anchoram mittunt nec extrahere queunt, nauta implet os oleo et descendit in profundum. Quo emisso clare videt et considerat qua arte anchora herens solvi possit. Hec omnia mistice conveniunt beate Virgini.

Nicht von unserem Caesarius sind: De abbatibus Prumiensibus (nr. 38 in Meister's Liste), das Schönbach I, 55 mit Recht Caesarius von Milendonk, dem früheren Abt von Prüm, zuweist, ferner der Libellus de christianissimo documento (Meister's nr. 43), wie Schönbach I, 59 ff. gezeigt hat nach Hs. T^2. Eine andere Kopie fand ich in Hs. M^1, die nun in wünschenswerter Weise Aufschluß gibt über Verfasser und Abfassungszeit. Ganz willkürlich bricht ja in T^2 der Text vorzeitig mit einem falschen Hinweise auf Caesarius ab: Nota quod hic incipitur octavus gradus mansuetudinis, sed non finitur, quia presumitur quod auctor huius libri scilicet Cesarius monachus per mortem sit preventus. Die drei Worte 'scilicet Cesarius monachus' sind von jenem Schreiber zugesetzt, sie fehlen natürlich M^1. Wir erfahren daraus (vgl. unten S. 45 f.), daß der Verfasser dieses Traktats, ein Mönch des Celestinerordens, wahrscheinlich vor Abschluß des Werkes gestorben ist und daß die Fortsetzung von dem doctor legum und Kölner Karthäusermönch Henricus de Piro geliefert wurde. Ueber ihn vgl. Ulysse Chevalier, Répertoire II, 2095: Henri de Piro, de Cologne, recteur de l'université de Louvain 1429, écolâtre de Liège 1432, chartreux à Cologne v. 1434, prieur, † à Cologne 1473 fév. 19; ferner Christel Schneider, Die Kölner Kartause bis zum Ausgang des Mittelalters, Diss. Bonn 1930, S. 48, 56, 92 f.; H. Keussen, Die Matrikel der Universität Köln I², 1928, S. 221. Jedenfalls kommen wir damit bis in die Mitte des 15. Jahrhs., während Schönbach geneigt war, das Werk dem 14. Jh. zuzuweisen.

Alles andere, woraus man noch besondere Schriften des Caesarius ableiten wollte, beruht auf Flüchtigkeiten oder bloßen Vermutungen. Wenn Carolus de Visch (vgl. Schönbach I, 56) folgende Zugabe bringt: In collegio Societatis Jesu Brugis: Dialogus inter capitulum (!), monachum et novitium, so ist sicherlich darunter nichts anderes als der Dialogus miraculorum zu verstehen. Bei Hartzheim finden wir als nr. 38 folgende Notiz aus Oudin, die noch von Meister und Schönbach (I, 57) übernommen wurde: Questiones quodlibeticae (!) Cesarii. Bibliotheca Bodleiana cod. 1359, teste Oudin, tom. 3. Comment. de script. Eccl. Schönbach hätte leicht sehen können, was dahinter steckt, zumal er Oudin's Notiz 3, 81 anführt: Extat prae-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

terea inter manuscriptos codices Bodleianae in Anglia bibliothecae, codice 1359, in mss. codicibus Gulielmi Laudi, olim Cantuariensis archiepiscopi, litera I, codice 19, Nr. 1: Caesarii monachi Heisterbacensis Quaestiones quodlibeticae (!); Nr. 2: Caesarii eiusdem ex ordine Cisterciensi liber exemplorum, id est miraculorum [1]). Gemeint ist der Codex Oxford Bodl. Laud. Miscell. 540 (Coxe's Cat. II 1, Sp. 391), aus der Mainzer Karthause stammend. Sein Inhalt: 1) Anonymi quodlibeta tria. 2) Caesarii exemplorum libri duo = nr. *27*. — Hartzheim nr. 39: de solemnitatibus b. Mariae Viriginis, ms. in Carthus. Colon. 00.219 (jetzt Berlin = B^2) ist nr. *21* und seine nr. 40: in eum locum: In omnibus requiem quaesivi, ist unsere nr. *38* (gleichfalls B^2 = ms. in Carthus. Colon. 00.219).— Seine nr. 41: sermones Caesarii ad monachos, ms. in Carthus. Colon. 00.183, könnte sich auch auf Predigten des Caesarius von Arles beziehen. — Für seine nr. 42: dialogus inter capitulum (!), monachum et novitium. Dicitur esse in bibliotheca collegii Brugensis. S.J. s. S. 33 unter Carolus de Visch. — Seine nr. 43: sermones ad novitios, Trithemius, ist ganz vage gehalten, überdies weiß man, wie kritiklos solche Anführungen bei Trithemius ausgefallen sind.

II. Verzeichnis und Beschreibung der für Teil I benutzten Handschriften.

1. B^1 = *Basel,* Univ.Bibl. A. IV. 14, enthaltend die Libri miraculorum (oben Nr. 27), s. Teil III.

2. B^2 = *Berlin,* Staatsbibl. ms. theol. lat. Quart. 368 (acc. ms. 1910. 37; Phillipps ms. 649). Papier. XV. Jahrh. (geschr. 1469/70). Holzband. Schrift einspaltig auf je 28—32 Zeilen. Aus der Kölner Karthause. Vorn findet sich ein Register von alter Hand.

   Inhalt:

   1) Bl. 1r spätere Ueberschrift: Hunc librum sigillum sanctae Mariae intitulatum composuit Honorius Augustodunensis (Migne, Patr. Lat. 172, 495 ff.).
   „Optima magistro librorum registro . . . Quia pondus diei et estus decrevi in vinea Domini pro denario portare".

   Bl. 19r Finitus est hic libellus anno Domini M°CCCC°LX nono quarta die Marcii per manus fratris Werneri de Meroid monachi professi domus Carthusiensis in Colonia. Oretur pro eo in caritate Christi.
   = Bl. 1r—19r.

[1]) Nach den Catalogi librorum manuscriptorum Angliae et Hiberniae I, 1697, S. 71.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

2) Bl. 19v Incipit epistola Cesarii venerabilis monachi Heysterbachensis et sacre theologie professoris ad Alardum monachum presbiterum de laude gloriose Virginis Marie.

„Exigis a me, frater carissime, ut clausulam illam de Canticis canticorum sumptam".

Sermo de omnibus solempnitatibus gloriose Virginis Marie, care matris Domini nostri Jhesu Christi. Canticorum sexto: 'Que est ista que progreditur sicut aurora consurgens'.

Bl. 29r Explicit tractatus de laude beate Virginis Genitricis Domini nostri Jhesu Christi in secula benedicti anno Domini M°CCCC°LX nono die nona Maii per manus fratris Werneri de Meroid monachi Carthusiensis, pro quo dicatur Ave Maria propter Deum.

nr. *21* = Bl. 19v—29r.

3) Bl. 29r Prologus ad Ludolphum priorem Vallis sancti Petri in epistolam que legitur in assumpcione sancte Marie.

„Iniunxit michi caritas vestra, domine carissime, ut epistolam illam que legitur in assumpcione beate Marie Virginis in sermones redigerem".

Sermo primus: 'In omnibus requiem quesivi et in hereditate Domini morabor'. Am Schluß der ersten 4 Predigten der Kopist:

Bl. 36v Et sic est finis horum quatuor sermonum venerabilis Cesarii die XVIII. Maii per manus fratris Werneri de Meroid Carthusiensis, pro quo dicatur Ave Maria propter Deum.

Bl. 46r Finitum est presens opusculum venerabilis Cesarii monachi Heysterbachensis etc. duodecima die mensis Septembris anno Domini M°CCCC° sexagesimo nono per fratrem Wernerum de Meroid monachum Carthusiensem, pro quo ad humilem eiusdem peticionem dicatur Ave Maria propter Deum.

nr. *38* = Bl. 29r—46v.

4) Bl. 47r Epistola Cesarii ad dominum Petrum priorem de Loco sancte Marie in diversa eius opuscula (das oben S. 2—7 gedruckte Verzeichnis von Caesarius' Schriften). = Bl. 47r—50r.

5) Bl. 50r Prologus cuius supra in XIIII tempora Salomonis.

„Omnia tempus habent et suis spaciis transeunt universa sub sole".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Bl. 51r In adventu Domini sermo primus: „Tempus nascendi et tempus moriendi".

Die Vorlage des Druckes ist verloren; sie war trotz vieler Einzelfehler verwandt der Handschriftengruppe M^4 T^4, die allein die Homiliensammlungen Nr. 16 und 18 nebeneinander enthält, und stand im besondern T^4 nahe. Sie enthielt aber auch die heute nur in B^2 vorhandene Epistola catalogica, falls diese nicht aus einer anderen Vorlage entnommen ist. Es war, wie der Herausgeber, der Koblenzer Dominikaner Johann Andreas Coppenstein [1]), in den Vorreden des 1. und 2. Teiles berichtet, ein 'pervetustum solidae compacturae volumen grande', das ihm vor stark zwei Jahren (also 1612) ein Kaufmann 'in Valle Molari' geschenkt hatte, dem es selbst von einem umherwandernden Soldaten verkauft worden war. Das Exemplar des Druckes in der Bonner Universitätsbibliothek geht nach einer Eintragung auf S. 1 des 1. Teils auf Coppenstein selbst zurück ('Exemplar F. Joannis Andreae Coppensteinii ord. Praedic. postliminio revertatur ad ipsum'); dort ist zu der Ortsangabe 'in Valle Molari' von alter Hand bemerkt worden: 'prope Confluentiam Rhenomosellanam'. Es ist wohl das von Koblenz nicht weit entfernte Mühltal im Norden von Boppard gemeint, an dessen Südhang jetzt die Eisenbahn auf den Hunsrück hinaufsteigt, oder das noch näher gelegene Tal des Mühlenbaches bei Rhens; dem entspricht die Angabe in der Vorrede des 2. Teils: 'mihi ad Rheni ripam in Valle molari subsistenti' (eine alte Hand, wohl Coppensteins selbst, bemerkt wieder dazu: 'Confluentiae cis Rhenum'). Auf die Herkunft der anscheinend verschollenen Handschrift läßt sich daraus natürlich kein Schluß ziehen.

Dagegen ist die Herkunft des 4. Teils, der Festtagshomilien, bekannt. Wie Coppenstein auch hier in der Vorrede mitteilt, sind ihm

---

[1]) Ueber Coppenstein vgl. J. Quétif und J. Echard, Scriptores ordinis Praedicatorum II, Paris 1721, S. 448—450; A. Weiß, Allgemeine Deutsche Biographie IV (1876), 471.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diese aus Himmerode übersandt worden, dessen Abt Matthias Nisaeus er den 2. Teil der Ausgabe zugeeignet hatte und nun auch den 4. Teil widmete. Der Text (= Nr. 20) findet sich heute nur in den Handschriften M^2 und T^1; die Himmeroder Handschrift scheint ebenfalls verloren.

Diejenigen zeitgenössischen Erzählungen aus den Homilien, die sich nicht auch im Dialogus miraculorum finden, hat Schönbach a. a. O. I, 69—92 mit Benutzung der Handschriften GLM^4 neu herausgegeben.

Während der Korrektur kann noch eine bisher übersehene Handschrift des Caesarius nachgetragen werden, die 1910 vom Britischen Museum in London erworben worden ist, Addit. 38004, einst im Jakobskloster bei Mainz ('in Monte Specioso') F. XVII, später im Besitz des Marburger Professors Leander van Ess († 1847) Nr. 66, dann von Sir Thomas Phillipps in Middlehill und Cheltenham Nr. 451, Pergament, 15. Jahrhundert, 2 und 171 Blätter. Nach dem Catalogue of additions to the manuscripts in the British Museum in the years 1906—1910, London 1912, S. 201 f., enthält sie zuerst die Schlußverse der Kindheitshomilien (Nr. 16) 'Hic lege tu qui vis' (oben S. 18); es folgen dann die 'Omelie dominicales per circulum anni' (Nr. 18) in der Weise, daß nach dem Prolog 'Botrus Cipri' (oben S. 18 f.) die sieben letzten Homilien, die Adventshomilien (Coppenstein III, 159—190), den übrigen voraufgehen — die Anordnung ist also der von M^3 (s. S. 48) ähnlich. Diese (oder eine verwandte) Handschrift befand sich schon 1444 im Jakobskloster: 'Aliud (volumen) in quo continentur omelie Cesarii monachi de tempore tantum per totum annum', außerdem seine verschollene Schrift Nr. 26 (oben S. 6; vgl. S. 25): 'Codex unus in quo Expositiones psalmorum de beata virgine Cesarii'; s. Fritz Schillmann, Wolfgang Trefler und die Bibliothek des Jakobsklosters zu Mainz = Beihefte zum Zentralblatt für Bibliothekswesen 43, Leipzig 1913, S. 28. Wolfgang Trefler, der Bibliothekar des Klosters († 1521), verzeichnet außerdem 1512 als Schriften des Caesarius (eb. S. 78) 'De transfiguracione Domini' (Nr. 22, oben S. 22 f.) mit der Widmung 'Henrico' wie in T^2 M^1 und 'Omelias de sanctis' mit dem Anfang 'Dominus ac salvator noster Jesus', die ich nicht nachweisen kann (der Anfang begegnet in Homilie 56 von Nr. 18, Coppenstein III, 141 [richtig 143]).

Die folgenden Auszüge gehen überall auf die angegebenen handschriftlichen Grundlagen zurück. Besonderes Gewicht ist auf den Nachweis der Quellen und auch von Parallelen gelegt. Wo Caesarius sich an eine Vorlage (mitunter eine ältere eigene Schrift) nicht nur dem Sinne nach anlehnt, sondern sie mehr oder weniger wörtlich ausschreibt, sind die Entlehnungen durch kleineren Druck gekennzeichnet.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Texte.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

A. Exempla und Auszüge aus dem großen Homilienwerke des Caesarius.

1) Aus den 18 Homilien über die Geburt und Kindheit Christi = Catal. nr. 16.[1])

Hss. *M*[1], *M*[4], *T*[2], *T*[4], von denen je M[1] T[2] und M[4] T[4] enger untereinander verwandt sind; der Vergleich mit dem Dialogus miraculorum und andere Gründe geben mitunter M[4] T[4] den Vorzug, mitunter den anderen Hss. Druck: Coppenstein I.

1. (Om. I. Copp. I, 14). Beata Dei Genitrix cum cuidam monacho per visum noctis in forma virginea apparuisset illeque eam intuitus cum magna cordis dulcedine exclamaret: „Dulcis Maria, quam pulchra es!", illa ei arridendo respondit: „Ego vocor Elisabeth". Ille eam intelligens huiusmodi verbum quasi iocose protulisse et accepto responso hilarior adiecit: „Certe, domina, nomen tuum est Maria". Cui illa quasi affirmando tale responsum dedit: „Veraciter ego dicor Maria". Tunc monachus quasi virtutem nominis intelligens: „Quia" inquit „vocaris Maria, ideo orare debes pro ecclesia Dei et pro me". „Sic" ait „facio semper". — Ecce non supervacue videtur sibi Maria imposuisse nomen cognate. Maria, ut supra diximus, virgo est et iuvencula, quia mens, quam caritatis radius perfundit, cottidie per virtutes iuvenescit. Elisabeth vero, id est sensualitas, vetula est et sterilis, quia, dum caro per mortem tabescit, et ipsa simul deficit. In senibus sanctis licet marcescant et consenescant sensus exteriores, florent tamen et renovantur sensus interiores. Elisabeth concipit filium, quando sensualitas movetur ad opus meritorium.

2. (Om. II. Copp. I, 16-17). Componitur autem hoc nomen MARIA ex tribus sillabis et quinque litteris . . . Legitur eciam in quodam libro de nativitate eius conscripto quod, cum esset trium annorum positaque ante templum Salomonicum, quindecim gradus templi ita cursim ascendisse, ut penitus non respiceret neque, ut solitum est infancie, parentes requireret, sicque eam ad litteram eciam per ternarium annorum multiplicasse quindenarium ascensionum.

4 Elizabeth M[4], Elyzabeth M[1]. — 5 intell. hec verba M[1] T[2]. — 21 cursim fehlt M[4]. — 23 per trinarium M[4].

2. Vgl. Evangelium de nativitate Mariae bei C. Tischendorf, Evangelia apocrypha (Lipsiae 1853), p. 110: Cumque trium annorum circulus volveretur et ablactationis tempus completum esset, ad templum Domini vir-

[1]) Vgl. oben S. 5 und 16. Verfaßt im Jahre 1218 und abgeschlossen sicher vor der Mitte des Jahres 1219, s. J. Greven, Kleinere Studien zu Caes. v. Heisterbach, Annalen des Historischen Vereins für den Niederrhein 99 (1916), S. 4 ff.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

3. (O m. II. C o p p. I, 24). Contigit nuper in quodam cenobio ordinis C i s t e r c i e n s i s satis michi noto res valde delectabilis. Est ibi quedam sanctimonialis vite probabilis multumque fervens in obsequio beate Virginis. Hec cum in genuflexione nimio impellente fervore tempore quodam genu vel tibiam vulnerasset atque meridie in dormitorio dormiret, visa est in sompnis eidem astare beata Virgo Maria, pixidem unguenti portans in manu sua, immissisque digitis de eodem unguento linivit vulneratam tibiam virginis. Statim tanta fraglancia affuit, ut iuxta dormientes virgines odore excitate surgerent et ad lectum illius venientes, quia maior ibi fuit virtus odoris, eam excitarent, ut, quis vel unde tantus odor esset, signaret. Illa bene sibi conscia ac per hoc iam de visione certificata nichil eis indicavit, innuens, ut dormitum irent. Que cum rursus obdormiret, rursum affuit mater Domini et ducens eam secum in pomerium ponensque manum sub mento illius ait: „Modo dimitte te super genua tua". Et fecit sic. Et adiecit: „Sic de cetero disciplinate debes petere veniam", instruens illam. Monuit eciam, ut singulis diebus sequenciam illam 'Ave, Dei Genitrix' sibi diceret et ad singulos versus veniam peteret, dicens se multum delectari in ea. Illa vero evigilans, cum sompnii effectum probaret, invenit tibiam lesam totam sanatam.

Ecce! hoc probatur exemplo nomen Marie unguentum esse et ungere.

4. (O m. II. C o p p. I, 24). Quod idem nomen mel sit in ore, hoc exemplo poteris scire. Retulit michi quidam sacerdos heremita, habitum habens C i s t e r c i e n s e m, sibi dictum fuisse a quibusdam matronis religiosis, quod ex angelica salutacione, id est 'Ave, Maria, gracia plena' tantam dulcedinem concepissent, acsi favum mellis in ore tenerent; habebant enim in consuetudine quinquaginta vicibus singulis diebus flexis genibus eandem dicere salutacionem. Ille vero provocatus exemplo illarum, cum pene per sex ebdomadas eandem salutacionem simili modo et numero frequentasset, tantam ex ea sensit dulcedinem, ut totam salivam putaret in mel conversam. Eandem graciam intellexi et nonnullis aliis concessam.

11 tantus odor f e h l t M⁴ T⁴. — 16 instruens illam, monens M⁴ T⁴.

ginem cum oblationibus adduxerunt. Erant autem circa templum iuxta quindecim graduum psalmos quindecim ascensionis gradus ... In horum itaque uno beatam virginem Mariam parvulam parentes constituerunt. Cumque ipsi vestimenta quae in itinere habuerant exuerent et cultioribus ex more vestibus se et mundioribus induerent, virgo Domini cunctos sigillatim gradus sine ducentis et levantis manu ita ascendit, ut perfectae aetati in hac dumtaxat causa nihil deesse putares.

Auch in Pseudo-Hieronymi ep. 50 = Migne, Patr. lat. 30, 301.

3. Vgl. Dial. mirac. VII 48. Die textliche Vergleichung der Parallelfassungen hat bereits A. Schönbach, Ueber Caesarius von Heisterbach III, Wien 1909 = Sitzungsber. der Kais. Ak. d. Wiss., Phil.-hist. Kl. Bd. 163, Abh. 1 vorgenommen.

4. Vgl. Dial. mirac. VII 49.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

5. (Om. II. Copp. I, 25). Idem nomen, beate scilicet Marie, quod melos musicum sit in aure, subiuncto probatur exemplo. Fuit quidam sacerdos in ecclesia Bunnensi[1]) nomine Petrus. Iste, nescio quo Dei iudicio, se ipsum dicitur suspendisse; habebat enim concubinam[2]). Que morte illius territa in cenobio, quod Lancwade[3]) dicitur, sanctimonialis habitum suscepit. Hec dum die quodam in superiori domo staret et de fenestra prospiceret, vidit iuvenem quasi in aere ambulantem et ad se properantem. Expavit illa, timens fantasma esse, ut fuit. Ingressus autem cepit eam procari, illa rennuente et divinum auxilium invocante signoque crucis se muniente. Et cum idem lascivus demon die ac nocte ei importunus esset, requirens eius consensum, cepit eadem femina amplius ieiunare, intencius orare et peccata transacta confiteri. Et cum nullum inveniret remedium liberacionis, suasum est ei a quodam, ut, cum demonem videret, mox super genua caderet et angelicam salutacionem contra illum proferret. Quod cum fecisset, diabolus quasi turbine impulsus fugit, talem vocem emittens: „Diabolus eius maxillas intret, qui te hoc docuit!" Sicque liberata est ab eo.

Nonne nomen Marie melos musicum fuit in aure demonis? Eciam.

6. (Om. II. Copp. I, 25). Tradunt mathematici quod multi demones armoniam ferre non possunt, et quandoque nulli. Unde Boecius[4]) refert philosophum quendam tactu cithare demonem ab obsesso corpore expulisse. Ampliorem effectum habet nomen Marie, quia angelos advocat et demones fugat. Per sonum armonie excitatus est in Helyseo spiritus Domini sanctus (*4 Reg. 3, 15*), ad tactum cithare fugatus est a Saule spiritus Domini malus (*1 Reg. 16, 23*).

7. (Om. II. Copp. I, 25). Legitur in Candela Gerlandi[5]),

2 probabitur M⁴. — 3 Bonnensi M⁴. — Iste nescitur M¹T²; vgl. Dial. — 4 dicitur interfecisse M¹T². — 22 quia sanctos angelos M⁴. — 24 spir. propheticus, ad tactum (et a tactu M⁴) M⁴T⁴. — 26 Garlandi M⁴.

5. Vgl. Dial. mirac. III 13. Schönbach a. a. O. III, 15. Anal. Boll. XLII (1924), 271.

1) Bonn.
2) 'Aleidis nomine' (Dial. mirac.).
3) Prämonstratenserinnenstift Langwaden (Kreis Grevenbroich).
4) Die Stelle des Boethius konnte ich nicht ausfindig machen.
5) Vgl. Unkel, Annalen 34 (1879), S. 33 über die Quelle: „wohl ein Volksbuch des Mittelalters". Davon kann keine Rede sein. In den bekannten Darstellungen über die Kreuzholzlegende bei W. Meyer und A. Mussafia findet sich dieser Zug nicht. Diese Candela hat nach F. J. Fetis, Biogr. universelle des musiciens et bibliographie générale de la musique, 2e éd., t. III, Paris 1869, p. 408 einen Gerlandus von Besançon (um 1130) zum Verfasser. Das Werk war mir unzugänglich, nur den Prologus Gerlandi canonici regularis s. Pauli Bisuntini in librum cui titulus Candela las ich bei Martène-Durand, Thesaurus novus anecdotorum, t. I, Paris 1717, p. 372. Der Vf. nennt sich hier: Jarlandus Chrysopolitanus S. Pauli scolarum praeceptor et canonicus. Inc. 'Omnibus in Christo degentibus.' M. Grabmann, Gesch. d. scholastischen Methode II, S. 116 Anm. 2 nennt die Hs. Paris, Bibl. nat. lat. 18 119: Jar-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quod Adam miserit [Seth] filium suum in paradisum. Quo reverso cum interrogasset, quid ibi vidisset, respondit pulcherrimam se illic vidisse virginem. Cui Adam quasi modulando ait: „MARIA" . . .

Ad hec omnia confirmanda plurima replicarem exempla, que in libris miraculorum [1]) ipsius gloriose Virginis sunt congesta, vel que a valde religiosis personis michi sunt recitata [2]), si non timerem quod sermonis prolixitas legentibus esset onerosa.

8. (Om. III. Copp. I, 34). Respicit sublimes et humiliantur, humiles et exaltantur (*vgl. Esther 11, 11*). Occurrit hic quiddam memorie, quod huic loco dignum duxi inserere. Cuidam Salvator in visu noctis apparere dignatus est, sedens quasi in sede maiestatis. Cuius cum consideraret pulchritudinem et miraretur magnitudinem, vidit oculos eius movere et se diligentissime intueri, deinde extensa dextera sibi dare benediccionem [3]). Quam cum inclinato capite accepisset, tantum ex illa ymaginacione spiritus eius concepit leticie, ut mirabiliter exultaret, eciam vigilans in Deo salutari suo.

Ecce ex respectu benediccio, ex benediccione exultacio.

9. (Om. V. Copp. I, 41). Orbis terrarum tropologice significat corpus humanum ad similitudinem orbis creatum; totidem enim constat humoribus, quot mundus elementis, imitantibus eisdem humoribus modum vel qualitatem tam elementorum quam temporum. Verbi gracia: sanguis in homine humidus et calidus in elementis aeri, in temporibus

18 signat M [1] T [2].

9. Vgl. den Consensus rerum im Flos medicinae Scholae Salerni bei Renzi, Collectio Salernitana, t. V, Neapel 1859, p. 50:

Consona sunt aer, sanguis, pueritia verque;
Conveniunt ignis, aestas choleraque, juventus;
Autumnus, terra, melancholia, senectus;
Decrepitus vel hyems, aqua flegmaque sociantur . . .
Aeris, ignis, aquae, terrae gravitas levitasque,
Dum convenire, microcosmum constituere.

Woher die Erweiterung auf die 5 sensus corporei und die 4 climata?

landi candela. Vgl. ferner L. J. Paetow, Morale scolarium of John of Garland (Johannes de Garlandia), Berkeley, California 1927, p. 97 n. 74 u. p. 143 n. 18: „This Jarland, Gerland, or Garland, has often been confused with Gerlandus the mathematician of the second half of the eleventh century, see C. H. Haskins, Studies in mediaeval science, p. 85".

[1]) Gemeint ist die alte Marienmirakelsammlung, die Mussafia in seinen Studien zu den mittelalterlichen Marienlegenden, Sitzungsber. der Wiener Ak. 1887 ff. nach dem seltenen Drucke von Bernard Pez, Wien 1731 (Exemplare in Berlin, Bonn, Göttingen) als Pez bezeichnet (BHL. II, Nr. 5357). Bequeme Neuausgabe mit Einleitung und reicher Bibliographie von Th. F. Crane, Liber de miraculis Mariae, Ithaca, Cornell Univ. 1925.

[2]) Vgl. Dial. mirac. VII.

[3]) Zur segnenden Hand Christi vgl. Exordium magnum Cist. II 21 (Migne, Patr. lat. 185, 1026) = Herbertus, de mir. II 3 (Migne, ib. 185, 1314) und IV 10 (ib. 1104). J. A. Herbert, Cat. of romances in the British Museum III 492, 167.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

assimilatur veri. Colera rubea in homine sicca et calida in elementis igni, in temporibus concordat estati. Melancolia in homine frigida et sicca in elementis terre, in temporibus confertur autumpno. Flegma in homine humidum et frigidum in elementis aque, in temporibus hyemi consonat. Porro quatuor complexionibus, quatuor elementis, quatuor temporibus concordant quatuor etates vite humane, quinque sensus corporei, quatuor climata mundi. Verbi gracia: veri, cuius inicium est octavo Kalendas Marcii, concordant aer, sanguis, puericia, auditus, odoratus, oriens. Estati, cuius principium est Kalendas Junii, concordant ignis, colera, adolescencia, visus, meridies. Autumpno, qui incipit Kalendas Septembris, concordant terra, melancolia, iuventus, tactus, occidens. Hyemi, cuius caput est octavo Kalendas Decembris, concordant aqua, flegma, senectus, gustus, septentrio. Sciendum tamen aerem magis operari in lingua, ignem in oculis, terram in manibus, aquam in genitalibus. Ecce! propter hanc mirabilem concordiam, quam habet homo cum temporibus et elementis, a Grecis microcosmos, id est minor mundus, dictus est.

10. (O m. V. C o p p. I, 45). Videtur huic professioni Genitricis et beati eius Sponsi concordare, ymmo ab ea descendere quedam consuetudo saluberrima, que est in sancta ecclesia. Pauce sunt ecclesie conventuales, que non habeant homines cerecensuales [1]). Ad quas, postquam nupserint, singulis annis omnes, qui de domo, id est progenie et familia illa sunt, ascendunt, sanctis, qui illic patrocinantur, censum deferentes ad ceram, id est ad ecclesie luminaria, ut et ipsi illuminari mereantur in anima. Ad hanc saluberrimam servitutem quidam venerunt ex necessitate, quidam ex libertate et, quod magis meritorium est, ex libera voluntate. Gaudere igitur debent tales professores, quia, quibus se fecerunt in hac servitute debitores, illos in futuro efficacius sencient intercessores. Quantum mereantur apud sanctos, qui hunc censum solverint devote et cum cordis alacritate, ex subiecto exemplo, licet contrario, poterit probari. Vidi quandam mulierem a demone acerrime torqueri, eo quod se negasset cerecensualem cuiusdam sancti. Si tantam penam merentur huius census transgressores, certum est quod magnum premium mereantur devoti professores.

11. (O m. V. C o p p. I, 52). Devocio ignea est, luminosa est . . . Hec adeo beatum A r s e n i u m tempore quodam accenderat intrinsecus, ut D a n i e l i, discipulo eius, totus appareret igneus [2]). — Si tanta claritas foris demonstrata est in corpore, quantam putamus sancto illi fuisse in corde?

12. (O m. VI. C o p p. I, 55). Unde quedam sanctimonialis talibus assuefacta consolacionibus consorori familiariter dicere solebat:

7 Verbi causa M [1] T [2]; v g l. S. 66, 21.

12. Vgl. Herbertus, de miraculis I 35 = Migne, Patr. lat. 185, 1308.

[1]) Vgl. z. B. den Artikel Cerecensuales und cerarii bei Du Cange Henschel-Favre, Gloss. med. et infimae latinitatis, t. II, p. 268. 289.

[2]) Aus Vitae patrum V (Verba seniorum) 18, 1. 2 (danach der Name Daniel) = Migne, Patr. lat. 73, 978.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„Quando cogitacio tua in celestibus cum Deo versatur, nichil interim debes orare, non de amicorum angustiis meditari, ne tibi extinguant suavitatem unguenti".

13. (O m. VI. C o p p. I, 59). Fuit in monasterio nostro, quod dicitur V a l l i s s a n c t i P e t r i[1]), vir quidam venerabilis nomine G o d e s c a l c u s, ortus de castro V o l m u n t s t e i n e[2]), quondam canonicus maioris ecclesie in C o l o n i a. Qui factus monachus, quam fervens fuerit in ordinis observacione, quam frequens in oracione, quam dives in lacrimis, quam obediens, quam paciens, quam humilis, testes sunt omnes fratres illius. Hic promotus in sacerdotem, cum tamen pene ydiota esset, quodam tempore cum in ipsa die Natalis Domini missam privatam diceret solita devocione, post factam transsubstanciacionem obtulit se obtutibus eius 'speciosus forma pre filiis hominum' (*Ps. 44, 3*), puer Jhesus, in specie pulcherrimi infantis. Quem stringens manibus, cum eum osculatus fuisset nec auderet moram facere, deposuit super altare, et reversus est in formam panis. Hanc visionem cum cuidam sacerdoti sibi familiari dixisset pervenissetque ipsa relacio ad noticiam infirmarii nostri[3]), qui et ipse sacerdos est, posito eodem Godescalco in infirmitorio dixit ei in hunc modum: „Bone domine Godescalce, est verum vos vidisse Salvatorem in missa?" Qui in magna simplicitate respondit: „Est". Cui ille: „Et quid fecistis cum eo?" „Ego" inquit „osculatus sum os eius ore meo". Et ille: „Quid postea egistis?" Respondit: „Ego posui eum super altare et reversus est in speciem panis, quem tempore congruo sumpsi". Vir iste in clericali vita quam fuerit levis, quam totus deditus venacioni et ludis aliisque vanitatibus, noverunt concanonici illius. — Hec dixi ad consolacionem peccatorum. Idem retulit michi sanctam Dei Genitricem sibi apparuisse, effigiem eius satis plene michi depingens.

14. (O m. VII. C o p p. I, 66). In monasterio, cui nomen est C l a u s t r u m, quod vulgo dicitur H e m m e n r o d e[4]), fuit monachus qui-

5 Godeschalcus M[1] T[2]. — 6 Volmuntstene M[4], Volmûntsteyne T[2]. — 25 venacionibus M[4]. — 30 Hymmerode M[1] T[2].

13. Vgl. Dial. mirac. IX 2.
14. Vgl. Dial. mirac. VII 16.

[1]) Heisterbach bei Bonn, s. L. Janauschek, Originum Cisterciensium t. I, Wien 1877, S. 189 u. a.

[2]) Godeschalk von Volmundsteine = Burg Volmarstein an der Ruhr in Westfalen. Kaufmann, Annalen d. Hist. Vereins f. d. Niederrhein 53 (1891), S. 95 Anm. 1. Ueber das Geschlecht von Volmarstein vgl. O. Forst-Battaglia, Katalog des Westfälischen Herrenstandes, Diss. Bonn 1915, S. 127 ff.; R. Krumbholtz, Urkundenbuch der Familien von Volmerstein und von der Recke, Münster i. W. 1917.

[3]) Winand (Dial. mirac.), s. Kaufmann a. a. O., S. 96 Anm. 2.

[4]) Abtei Himmerode in der Eifel, gestiftet 1134, s. Janauschek, Orig. Cist. S. 31; Ph. Carl Wilkes, Die Zisterzienserabtei Himmerode im 12. und 13. Jahrhundert, Münster 1924 = Beiträge zur Geschichte des alten Mönchtums und des Benediktinerordens 12.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dam, eciam presbiter ante conversionem, vir magne simplicitatis et tante humilitatis, ut, si obviaret ei aliquis fratrum, compressis manicis in partem declinaret, iudicans se indignum tactu illius, cum multis tamen foret dignior. Iste cum quodam tempore decumberet lecto et serviret ei quidam filius suus carnalis, quem iuvenis genuerat in seculo et secum traxerat de seculo, qui adhuc superest, recitaretque ei quasdam consolaciones, casu supervenit dominus Gevardus, tunc temporis eiusdem cenobii infirmarius et postea abbas in Valle sancti Petri[1]), aliquid eorum, que dicebantur, intelligens. Qui mox accurrens ad priorem ait: „Dominus Christianus — hoc erat ei nomen — quasdam mirificas visiones recitat filio suo. Festinate et precipite ei, ut et vobis aliqua referat ad fratrum consolacionem". Advenit mox prior et sedit ante lectum infirmi, occultans post tergum dominum Gevardum. Cui cum ex occasione diceret: „Vultis loqui de confessione?" illeque responderet quia confessus esset omnia, subiunxit: „Dicite tamen michi aliquid ad consolacionem". Respondit ille: „Non est diu quod fuerunt ante me Jhesus Christus cum matre sua et iuvabant me dicere quasdam horas, quas propter infirmitatem solus psallere non poteram". Et interrogavit prior de habitu ipsorum responditque ille: „Cucullas habebant sicut nos". Ex magna pietate dignati sunt ei tam Salvator quam gloriosa eius Genitrix apparere in eo habitu, quem pro ipsis susceperat. — Hec audivi ab ore ipsius Gevardi abbatis. Ista pro exemplo dicta sint de visione corporali.

15. (Om. VII. Copp. I, 67). De visione Christi spirituali referam aliud exemplum satis iocundum. In Monte sancte Walburgis[2]) ante paucos annos defuncta est quedam monialis nomine Christina[3]). Ista plurimas solita fuit habere a Deo consolaciones, sicut testes sunt eius consorores et maxime confessores. Ista quadam die non dormiendo, sed in excessu mentis facta infantem vidit Jhesum cum matre et Joseph. Fuitque idem infans albo panno involutus et laneo eratque fascia, qua ligatus fuerat, grisei coloris, servans qualitatem habitus ipsarum sororum. — Ista retulit michi dominus Daniel prior[4]), secretorum ipsius conscius.

16. (Om. VII. Copp. I, 67). De visione spirituali, que fit per sompnium, unum eciam ponam exemplum. Nuper visum est in sompnis

7 Gerardus M^1T^2. — 14 Gerardum M^1T^2. — 15 illeque diceret quia M^1T^2; vgl. Dial. — 22 Gerardi M^1T^2. — 23 dicta sunt M^4. — 26 qu. sanctimonialis M^1.

15. Vgl. Dial. mirac. VIII 3.
16. Vgl. Dial. mirac. VIII 2.

[1]) Heisterbach. Gevard war dort der zweite Abt. (1196—1208); vgl. Ferd. Schmitz, Urkundenbuch der Abtei Heisterbach (1908), S. 21, 83.
[2]) Walberberg bei Brühl, gegründet 1197, s. Janauschek, Orig. Cist. S. 278. Pick, Das Cisterzienserkloster zu Walberberg, Bonner Jahrb. XLVII u. XLVIII (1869), S. 130 ff.
[3]) Auch im Dial. mirac. VII 21 genannt.
[4]) Daniel, Prior von Heisterbach, öfters im Dial. mirac. erwähnt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cuidam sacerdoti, quomodo staret in diversorio [1]) Dominice Nativitatis, et dixit ei quidam: „Iam virgo pariet filium". Responditque ille: „Hoc est impossibile, cum Dominica Nativitas completa sit. Potest quidem parere magnum prophetam, etsi non Christum". Interim peperit Virgo et infantem pannis involutum porrexit monacho deosculandum. Quem cum complexus fuisset et deosculatus tanquam Salvatorem, in ipsa iocunditate expergefactus est.

17. (Om. VIII. Copp. I, 84). De persona et nomine Christi nonnulli philosophorum gentilium prophetaverunt et scriptis divinitus inspirata mandaverunt. Ex quibus fuerunt Hermes et Astilius in astronomia peritissimi, Abidedom regis Persarum discipuli. In quorum libris sic scriptum reperimus: 'Oritur in primo decano [2]) Virginis puella, lingua Persica *sedeos darzama,* quod Arabice interpretatur *adronedefa,* apud Latinos sonat 'virgo munda et honesta', sedens super solium auleatum et manu geminas spicas tenens et tenens puerum et eum pascens iure in terra, que dicitur *hebrea,* et puerum nominant *Jhesum*'. — Alia translacio sic habet super Albumazar: 'Ascendit in prima facie Virginis puella, quam vocamus *colchis dorastal,* hoc est 'virgo munda et pura et honesta', sedens super sedem stratam, manu geminas tenens aristas, tenens puerum et dans ei ad comedendum ius in terra, que dicitur vel ubi dicitur *Ave,* puerum autem quedam gentes nominant *Jhesum.* Et ascendit vir cum ea, sedens super eandem sedem nec eam tangens, et oritur cum ea stella Virginis'. Puellam hanc mundam, puram et honestam intelligimus Dei Genitricem Mariam Virginem secundum Ysaiam. Primum decanum vel primam faciem Virginis primam dicunt signi Virginis partem, decem gradus continentem, solium auleatum vel sedem stratam generis illius nobilitatem, utpote de tribu et domo regali procreatam. Per geminas aristas duplex in ea vita, activa atque contemplativa, exprimitur. Per ius carnis eius liquor, id est lac, designatur. Per aristas eciam ad litteram panis figuratur, quo Dominum cibavit, per ius potus, quo eundem potavit. Orta est et in eius partu nova stella, Dominice Nativitatis prenuncia. Vir, qui cum ea ascendit et cum ea sedit, Joseph sanctus fuit, qui eam sicut propinquus desponsavit et cum illa castitatis privilegium servavit.

Erst durch die ergebnisreichen Werke von M. Steinschneider (s. u.) und Lynn Thorndike, A history of magic and experimental science during the first thirteen centuries of our era, vol. II, London 1923, kam ich unserer Stelle auf die Spur: Caesarius hat geschöpft aus Albumasar, Introductorium maius in astronomiam.

Albumasar Dscha'afar (Geafar) al-Balkhi, aus der Stadt Balkh in Chorâsân, starb 885/6 angeblich im Alter von hundert Jahren in der Stadt Wâsit. Er war Astronom, berühmt als Astrolog. Vgl. F. Wüstenfeld, Die

22 Et ascendet M[1]T[2]. — 30 panis significatur M[4]T[4].

[1]) = in stabulo.

[2]) Ueber die Bezeichnung und Funktion der 36 decani (Sterngötter) vgl. W. Scott, Hermetica, t. II, Oxford 1926, p. 363. Mead, Thrice-Greatest Hermes, t. III, London 1906, p. 45.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Uebersetzungen arabischer Werke in das Lateinische aus dem XI. Jhdt., Göttingen 1877 (Abh. der Ges. d. Wiss. XXI); M. Steinschneider, Die hebr. Uebersetzungen des Mittelalters, Berlin 1893, § 353 S. 566. Seine Einführung in die Astrologie wurde ins Lateinische übersetzt a) von Johannes Hispalensis, Inc. „Laus Deo qui creavit etc. Dixit Geafar... Intentio itaque nostra", noch unediert, die Hss. genannt bei Wüstenfeld und Steinschneider, z. B. clm. 122 und 374. In clm. 374 (s. XIII) liest man auf Bl. 46r: Virgo.. ascendit in primam faciem illius puella quam vocamus elchius corasta et est virgo pulchra atque honesta et munda, prolixi capilli et pulchra facie, habens in manu sua duas spicas, et ipsa sedet supra sedem stratam et nutrit puerum, dans ei ad comedendum ius in loco qui vocatur abrie, et vocant ipsum puerum quedam gens Hiesum, cuius interpretacio est Arabice eicob. Et ascendit cum ea vir sedens supra ipsam sedem et ascendit cum stella virginis...

b) gekürzt und in verschiedener Redaktion von einem unbekannten Autor, der sein Werk an Hermann Dalmata, den Lehrer Rudolfs von Brügge und Zeitgenossen des Joh. Hisp., gerichtet hat. Davon sah ich 2 Frühdrucke: Augsburg 1489 (Gesamtkatalog der Wiegendrucke I, 414 Nr. 840) und Venedig 1506, beide mit dem Druckfehler zu Anfang 'Apud jannos' statt 'Apud latinos'. Hier stoßen wir auf unsere sog. Weissagung l. VI cap. 2 (de naturis signorum):

Virgo signum fertile bipartitum triforme. Oritur in primo eius decano, ut Perse, Caldei et Egyptii omniumque duorum [l. duces] Hermes et Ascalius a primeva etate docent, puella, cui Persicum nomen *secdeneidos de darzama* (Druck 1506: darçama), Arabice interpretatur (Druck 1506: interpretatum) *ad re. nedefa,* id est virgo munda puella, dico virgo immaculata, corpore decora, vultu venusta, habitu modesta, crine prolixo, manu geminas aristas tenens, supra solium auleatum residens, puerum nutriens ac iure pascens in loco, cui nomen *hebrea,* puerum dico a quibusdam nationibus nominatum Ihesum significantibus *eiza* (Druck 1506: eiça), quem nos Grece Christum dicimus. Oritur cum ea virgine ut eidem solio insidens nec attingens pariter et stella ariste, que finis est serpentis secundi, deinde caput cervi caputque leonis. — Der Abidedom rex Persarum des Caesarius kommt hier nicht vor, ist wohl ein Nachhall der Angabe l. V cap. 4: Hermes qui in libro suo ipsum Abidemon Indum antiquissimum fore astrologie scriptorem inducens. Nach Steinschneider ist damit Agathodaemon gemeint. Die persisch-arab. Zitate scheinen nach dem Urteile von Fachleuten korrumpiert zu sein.

Das Mittelalter hat öfter den Albumasar im Sinne einer heidnischen Prophetie von der Geburt Christi ausgenutzt: Summa philosophiae Roberto Grosseteste ascripta, bei L. Bauer, Die philos. Werke des Robert Grosseteste, Bischofs von Lincoln, Münster 1912 = Beitr. z. Gesch. d. Philos. des Mittelalters IX, S. 282 (I cap. 9): Meminit etiam Albumazar olim ab Hermete, quem superius Mercurium secundum ac Trismegistum vocari diximus, itemque Estallius Indisque ac Persis in scientia astrorum peritissimis huius virginis et matris partum in primo virginis decano notatum fuisse filiumque eius lacte pasci in gremioque ipsius foveri, 'quibusdam' inquit 'nationibus nominatum Jesu, quem nos' inquit 'Grece Christum nominamus, Arabice autem *eyza'*. Sed et Sybille plures beate nativitatis Christi mortisque ac resurrectionis et similium dispensationum eius in carne adventusque illius ad iudicium mysteria predixerunt, sicut eciam divus Augustinus [De civ. Dei XVIII 23 = Migne, Patr. lat. 38, 579; Epistolae ad Romanos expos. cap. 3 = ib. 34, 2089], itemque Lactantius [Institut. IV cap. 18] commemorat.

Opera hactenus inedita Rogeri Baconi fasc. I. Metaphysica ed. R. Steele, Oxonii 1909, p. 8: Albumasar enim in multis locis de eo [Jesu Christo] loquitur, unde in utraque translacione [cf. supra] Maioris

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Introductorii in astronomiam, sed precipue in secunda dicit sexto libro: 'Oritur in primo decano virginis, ut Perse, Caldei, Egyptii, omniumque duces Hermes et Astabus a prima etate docent, virgo munda, puella dico, virgo immaculata, corpore decora, vultu honesta, puerum nutriens iure in loco cui nomen Hebrea, hoc est in terra Hebreorum, puerum dico, a quibusdam nationibus nominatum Ihesum, quem nos Christum Grece dicimus'. Nec potest istud ad solam ymaginem celi referri, propter hoc quod dicit 'in loco cui nomen Hebrea', in quo Dominus natus fuit, et ipse alibi et similiter ceteri astronomi ad litteram de nativitate Domini hoc acceperunt.

Liber exemplorum (eines Franziskanermönchs aus dem 13. Jhdt., Hs. Kapitelbibl. Durham) ed. A. G. Little, Aberdoniae 1908, nr. 30: Non solum prophetis sanctis de populo Dei, verum etiam et viris sanctis et mulieribus de populo infidelium nativitas Christi de Virgine nascituri revelata est. Unus siquidem philosophus quamvis incredulus ita precinit de partu celestis puerpere: 'In virginis' inquit 'signo nascetur virgo: lactabit filium, que non cognovit virum'. Sane quod dixit 'In virginis signo', hoc idcirco dixit quia beata Virgo nata est in autumpno, quando sol est in signo virginis, hoc est in illo mense nata est, quando sol est in illa parte celi que vocatur virgo. Hoc verbum inveni ego in sermone quodam tradito a bone memorie fratre Ricardo de Fyssakre [Richard Fishacre, † Oxford 1248], magistro maximo de ordine fratrum Predicatorum, qui hoc ibi non posuisset, nisi philosophum illum legisset. Nam clericus magne philosophie fuit, unde et nomen philosophi posuit, sed a memoria mea iam recessit. — Nun, jener „Philosoph" ist eben unser Albumasar, aber Little bekennt schmerzlich: „I do not know who the philosopher was", und selbst der berühmte Kenner des Mittelalters Paul Meyer, der diese Prophetienstelle in Not. et Extraits des mss. de la Bibl. Nat. XXXIV, 1 (1891), p. 410 in extenso bringt, gesteht verlegen: „J'avoue que je n'ai pas su retrouver le nom de ce philosophe".

Albertus Magnus, Speculum astronomicum.

Dies Schriftchen von literar-kulturgeschichtlichem Interesse, da es ein gutes Bild von den im 13. Jhdt. verbreiteten Schriften über Astronomie = Astrologie gibt, meist aus dem Kreise der Uebersetzungen aus dem Arabischen, weist jetzt Thorndike vol. II p. 692 ff. mit guten Gründen dem Albertus zu, nachdem besonders P. Mandonnet an Bacon's Autorschaft geglaubt hatte, vgl. dessen Studie: Roger Bacon et le Spec. astron., Revue néo-scolastique XVII (1910), 131 ff. Die Hss. zählte M. Steinschneider auf (z. B. clm. 221 u. 267) und lieferte die verdienstvolle Arbeit: Zum Speculum astronomicum des Albertus Magnus, Zeitschr. f. Mathematik u. Physik XVI (1871), 357 ff.

Wir finden in cap. 12 des Spec. astron. (Opera ed. Borgnet X 644, mir nicht zugänglich; Opera ed. Jammy V, Lyon 1651, p. 663) gleichfalls das Albumasarzitat. Ich benutzte daneben einen Druck der Göttinger Univ.-Bibl.: Liber Alberti magni [episcopi Ratisponensis] de duabus sapientijs. aut de recapitulatione omnium librorum astronomie [Nürnberg um 1495; s. Gesamtkatalog der Wiegendrucke I, 347 Nr. 718], cap. XII, f. b. 3: Quid meruit [Albumasar], si scriptum est in eo ab initio figuratam esse [in celo] nativitatem Jesu Christi de virgine, eciam cum expressione nominis ab angelo nunctiari: in tractatu namque 6. differentia prima in capitulo de ascensionibus imaginum que ascendunt cum virgine invenitur: Et ascendit in prima facie illius, scilicet virginis, puella quam vocant *celchuis dorastal:* et est virgo pulchra [l. pura] atque honesta et munda, prolixi capilli et pulchra facie, habens in manu sua duas spicas: et ipsa sedet super sedem stratam et nutrit puerum dans ei ad comedendum ius in loco qui vocatur *Abrie* (Druck: abrahe). Et vocabit ipsum puerum quedam gens Jesum, cuius interpretatio est Arabice (Druck: hebraice) *eice* (Druck: *iece).* Et ascendit cum virgine

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vir sedens super ipsam sedem et ascendit cum ea stella virginis etc.: etiam scimus quod sub ascendente huius partis celi, scilicet virginis, natus fuit dominus noster Jesus Christus.

Vgl. auch Roger Bacon l. c. (ed. Steele) p. 39: Albumazar, qui de honestate et mundicia Virginis gloriose saciari non potuit, eam simul cum hoc in triplici lingua nominans et dicens: 'quam vocamus *celechius tarostal,* cui Persicum nomen *sedios tarzama,* Arabice interpretatum *ad renepha,* id est virgo munda, puella dico' et cetera, que tacta sunt prius.

In der altfranz. Dichtung finden wir im Roman de la Rose (Fortsetzung des Jean de Meun), ed. E. Langlois = Soc. des anc. textes fr. t. IV (1922), auch diese Prophetie im unmittelbaren Anschluß an die bekannte Interpretation von Virgils 4. Ekloge (Iam nova progenies celo demittitur alto), v. 19177—190:

Albumasar neïs tesmoigne,
Coment qu'il seüst la besoigne,
Que dedenz le virginal signe
Naistrait une pucele digne,
Qui sera, ce dit, vierge e mere,
E qui alaitera son pere,
E ses mariz lez li sera
Qui ja point ne la touchera.
Cete sentence peut saveir
Qui veaut Albumasar aveir,
Qu'el gist ou livre toute preste;
Don chascun an font une feste
Genz crestienes en septembre,
Qui tel nativité remembre.

Langlois bemühte sich, merkwürdig genug, nicht um die Quelle, obwohl der livre des Albumasar deutlich genug zitiert ist. Verschämt gesteht er p. 323 n.: „J'ai voulu, mais je n'ai pas pu „Albumasar aveir", j'ai donc dû renoncer à donner le texte d'où cette citation est tirée". Und doch hätte er sich leicht diese Weisheit aus dem Renart le Contrefait p. p. G. Raynaud et H. Lemaître, Paris 1914, holen können, wo p. 230 ff. (vgl. p. 336) die sibyllinischen Weissagungen mitgeteilt und erörtert werden. Uns geht hier folgende Stelle an:

Albimazar, grand astronomïen, ou VIe livre qu'il fist de l'Introducion d'astronomie, dit ainsi: „L'incarnacion et la nativité de Jhesucrist, ainsi que tesmongnent", ce dit il, „ceulx de Perse et de Caldée, d'Egipte et tous leurs docteurs du premier eage, Hermès et Asturès enseignent: du premier dean, c'est a dire en dix premiers degrés du signe de la Vierge, naistera une vierge nette pucelle qui avra le corps sans tache, belle de visage et honneste, et nourrira ung enfant. Maintes nacions appellent l'enfant qu'elle nourry Jhesum, lequel en grec appellons Crist". Ce sont les parolles Albimasar. Et c'est certain que ce ne poeult estre du linage du ciel que on appelle l'ymage de la Vierge, car il dist ou lieu ou quel le nom est en *ebrieu,* ou que Jhesucrist nasquit. Cest Albimazar apella Vierge en trois manieres de langues, ainsi comme se il ne se poeut saouler de la nommer; et vallent autant les noms qu'il appelle la ditte Vierge comme vierge, nette, pucelle.

Docet idem Hermes[1]) de immensitate nominis Christi dicens: 'Causa autem cause divini boni voluntas, que Deum provexit, cuius

[1]) Bei Lactantius, Div. inst. IV 7, 3 (griech.) und Epit. div. inst. c. 37, 8 (ed. S. Brandt, CSEL. 19, S. 292 und 713), mitgeteilt bei Walter Scott, Hermetica I, Oxford 1924, p. 536.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nomen non potest humano ore dici'. Item in libro qui Perfectus[1]) inscribitur: 'Dominus et omnium Creator, quem Deum vocare censemus, quia secundum fecit deum visibilem et sensibilem'. Marcus Tullius[2]) eciam, loquens de divina Christi generacione, fatetur hominem preclara quadam condicione a summo Deo esse generatum. Sibylla Erithrea[3]) in carminis sui principio, quod a summo Deo exorsa est, filium Dei ducem et imperatorem omnium hiis verbis predicat, dicens: 'Omnium nutritorem, qui ducem spiritum omnibus apposuit et principem omnium deorum fecit'. Et in fine: 'Alterum dedit Deus fidelibus viris honorare'. In carminibus suis, in quibus Christi nativitatem, passionem, resurreccionem et ultimum eius adventum predixit, nomen Jhesu manifeste in capitibus eorundem versuum expressit; invenitur ibi teste Augustino[4]) *Jesus Christus yos thei sother*. Vaticinata est de Christo et alia Sibylla, sic dicens: 'Ipsum tuum cognosce Deum, qui Dei filius est'[5]). Propter hec et hiis similia exclamat psalmista, dicens: 'Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in universa terra' (*Ps. 8, 2. 10*).

18. (Om. X. Copp. I, 109). Juvenis quidam monachus in ordine nostro nuper infirmatus, ministris sibi deputatis necessitate cogente foras egressis, vidit duos demones sibi astare unumque alteri dicere: „Cras illa hora cum gaudio animam huius ducemus ad inferos". Expalluit ille totusque contremuit. Respiciensque ad alteram partem camere contemplatus est ibi dominam pulcherrimam, ut ipse intellexit, Dei Genitricem, clara voce illis respondentem: „Nolite" inquit „cachinnari: ego illi consilium dabo, quomodo manus vestras evadat". Quod infirmus intelligens de remedio confessionis, reversis ministris, absente abbate, fecit vocari priorem, totam illi aperiens conscienciam, supplicans, ut abbati eciam confessa diceret, illi exponens visionem horamque a demonibus predictam. Quedam enim commiserat peccata, que nunquam fuerat confessus neque in seculo clericus neque in probacione novicius neque factus monachus. Hora vero predicta expiravit et beate Virginis, ut creditur, auxilio demonum dentes evasit.

---

18. Vgl. Dial. mirac. VII 9, mit der Ortsangabe: In provincia Pertica (= Perche) domus ordinis Cisterciensis sita est que Trappa (= N. Dame de la Trappe; s. Janauschek, Orig. Cist. p. 105) vocatur.

---

[1]) Gemeint ist Hermes Trismegistos, Logos teleios = De verbo perfecto, auch zitiert in den Opera des Guillaume d'Auvergne I, Paris 1674, p. 621. Vgl. besonders Walter Scott, Hermetica I, Oxford 1924, p. 77, 92 ff. u. 298 ff., wo die entsprechenden Stellen aus Lactantius, Div. inst. IV 6, 4 (griech.) und Epit. div. inst. c. 37, 4. 5 (Brandt, a. a. O. S. 236 f. und 713), dazu aus Ps.-Augustinus, Contra quinque hereses cap. 3 mitgeteilt sind. Dazu Anm. bei Scott, t. III (1926), p. 46 ff.

[2]) Cicero, de nat. deorum II 47. Zur Frage der Nützlichkeit und Schönheit der menschlichen Organe in den Schriften des Hermes und Lactantius vgl. W. Scott l. c. I, p. 93.

[3]) Aus Lactantius, Div. inst. IV 6, 5 (Brandt a. a. O. S. 288 f.).

[4]) De civitate Dei XVIII, 23.

[5]) Lactantius, Div. inst. IV 6, 5 (Brandt a. a. O. S. 290).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

19. (Om. X. Copp. I, 111). Sciscitatur cottidie Herodes, id est diabolus, ubi Christus per opus bonum nascatur, ut ab eo per carnis fomitem interficiatur. Ecce exemplum. Est in cenobio Clarevallis[1]) sacerdos quidam religiosus, si tamen adhuc vivit, genere nobilis, sed virtutibus multo nobilior, nomine Bernardus. Iste tempore quodam a sathana per stimulum carnis ita est vexatus, ita turbatus, ut iam proponeret temptacioni omnino cedere atque post plurimos sudores ad seculum redire. Confessus fuerat passionem eandem semel, secundo et multociens, sed non cessavit. Tandem quasi victus accessit ad priorem, petens sibi cappam dari, dicens se velle ire ad seculum, eo quod non posset carere muliere. Multis precibus vix prior obtinuit, ut expectaret illa nocte. Expectavit, et Dominus, qui salvat sperantes in se[2]), consolatus est eum nocte illa in sompnis sicut et beatos illos magos, quibus precepit, ne redirent ad Herodem[3]). Vix tenuiter obdormierat, et ecce! conspexit eminus virum horribilem in effigie carnificis ad se venientem, cultellum longum tenentem in manu, et sequebatur eum canis magnus et niger. Quo viso contremuit, nec mirum. Ille vero multum impetuose arreptis eius genitalibus abscidit canique proiecit, que ille mox devoravit. Evigilans autem ex timore putabat se esse eunuchizatum. Quod revera ita erat, etsi non cultro materiali, dono tamen spirituali. Mane vero veniens ad priorem dicebat se liberatum a temptacione, visionem illi per ordinem exponens. Est, ut dicitur, idem vir venerabilis adhuc corpore virgo.

20. (Om. X. Copp. I, 112). Quidam post mortem socio suo apparens et se esse in purgatorio conquerens, cum a vivo audiret, utrum sibi magis impendi vellet elemosinas vel oraciones, respondit: „Elemosinas; oraciones enim tepide sunt".

21. (Om. X. Copp. I, 113). Beato Johanni, episcopo Alexandrino, qui propter multas elemosinas Eleymon cognominatus est, una noccium in sompnis apparuit puella quedam, cuius species super solem splendebat, ornata super humanum sensum. Que venit et stetit ante lectum eius et pulsavit eum in latere. Expergefactus vidit eam in veritate stantem, estimans tamen esse mulierem. Figura igitur crucis signatus dixit ei: „Que es tu et quomodo ausa es intrare super me dormientem?" Habebat coronam de ramis olivarum super caput suum. Tunc illa hilari vultu et subridendo labiis dixit ei: „Ego sum prima filiarum regis". Cumque hec dixisset, adoravit eam. Tunc dixit ei: „Si me possederis amicam, ego te ducam in conspectum imperatoris;

19. Vgl. Dial. mir. IV 97.
20. Vgl. Dial. mirac. XII 32.
21. Aus der Vita s. Johannis Eleemosynarii c. 7 = Migne, Patr. lat. 73, 345.

[1]) Clairvaux.
[2]) Vgl. Ps. 16, 7.
[3]) Matth. 2, 12.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

etenim nemo habet potestatem apud eum sicut ego: ego quippe feci eum in terris hominem fieri et salvare homines". Et illa disparente intellexit eam esse compassionem atque elemosinam, qua Deus promeretur. Hinc est quod pauperes cottidie ad ostia divitum clamant: „Date nobis panem propter Deum", quasi dicant: „Mittite nobis elemosinam, et Deus vobis reddet suam graciam".

22. (Om. X. Copp. I, 115). Legitur in Vitas-patrum, ut rei exitus comprobavit, sathanas quendam monachum probate vite, abbate proprio dissuadente, de monasterio duxisse in heremum ad vitam solitariam, deinde sub specie cuiusdam abbatis quasi communicandi gracia ad quandam, que in vicino erat, ecclesiam, novissime ad domum patris reducens quasi ad dimissam hereditatem pauperibus distribuendam, sicque deceptum per peccatum fornicacionis precipitavit in baratrum desperacionis. — Si per pelles non intelligeretur mollicies carnis, non sibi Gethei in posterioribus percussi fecissent sedes pelliceas (*1 Reg. 5, 9*).

23. (Om. X. Copp. I, 115). Inter ceteros, quos beatus abbas Bernardus de seculi vanitate convertit, quendam virum nobilem nomine Gaufredum de partibus Flandrie [1]) secum traxit. Qui cum in via gravissima temptacione cepisset pulsari et hoc unus ex fratribus in vultu eius considerasset, respondit: „Scio, scio quia nunquam amplius letus ero". Relato hoc verbo ad hominem Dei, oracionis causa sanctus ecclesiam prope viam stantem intravit et Gaufredus tedio gravatus interim super lapidem obdormivit. Utrisque surgentibus, illo de oracione, isto de sompno, apparuit Gaufredus tantum iocundior et hilarior ceteris quantum tristior prius. Improperante ei predicto fratre amicabiliter verbum mesticie respondit: „Etsi tunc dixi: „Nunquam amplius letus ero", nunc dico: „Nunquam amplius tristis ero". Nimirum ingressus fuerat iste ad Herodem.

24. (Om. X. Copp. I, 117). Tria [*aurum, myrrham, thus*] hec nobilissimus princeps Theobaldus membris Jhesu impendere consuevit; erat enim comes Campanie [2]), vir mire atque stupende misericordie. Habebat hic leprosum quendam, ante quoddam castrum suum commanentem. Cuius tugurium quociens preterivit, tociens de equo descendit, intravit, pedes lavit deosculatisque manibus elemosinam por-

4 panem pro Deo M⁴T⁴. — 19 Ganfredum T⁴. — 23 et Ganfredus T⁴. — 25 Ganfredus T⁴. — tanto M⁴T⁴. — 35 deosculansque M⁴T⁴.

22. Nach Vitae patrum V (Verba seniorum) 7, 24 = Migne, Patr. lat. 73, 898 f.

23. Aus S. Bernardi Vita prima, l. IV auctore Gaufrido, cap. 17 (16) = Migne, Patr. lat. 185, 331; MG. SS. 26, 113 f.

24. Vgl. Dial. mirac. VIII 31. Thomae Cantipratani Bonum universale de apibus ed. Colvener, Duaci 1627, p. 254. Schönbach, Ueber Caes. v. Heisterbach III (a. a. O.), S. 48 ff.

[1]) Gaufridus de Perona, † als Prior von Clairvaux 1146.

[2]) Graf Theobald II. (IV.) der Große von Blois (seit 1102) und Champagne (seit 1125), gestorben 1152.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rexit. Tandem mortuus est leprosus comite ignorante. Alio itidem tempore cum comes eiusdem leprosi intrasset domunculam secundum consuetudinem, invenit iam non leprosum, sed Jhesum in effigie sepedicti leprosi in loco sibi noto sedentem. Cui cum opera misericordie more solito exhibuisset et egressus a suis eundem leprosum defunctum atque sepultum veraciter cognovisset, gavisus est valde se tunc vidisse eum presencialiter, quem hactenus in suis membris veneratus est invisibiliter.

25. (Om. XI. Copp. I, 151). Cum quidam sanctorum, ut legitur in Verbis seniorum, suggerente diabolo, qui sub specie boni multos decipit, de heremo in civitatem descenderet, ut opera manuum suarum per semet ipsum venderet, ne quem de fratribus gravaret, incurrit mulierem. Qui peccato perpetrato in nimia tristicia, spe aliquantulum concepta, regressus ad cellulam unius anni peregit penitenciam. In quo tantum profecit, ut ad statum suum pristinum perfecte rediret atque cum augmento graciam subtractam recuperaret.

26. (Om. XI. Copp. I, 153). Videntur tamen maxime virtutes turturis et columbe ad personas claustrales atque contemplativas pertinere. Turturis talis est natura, ut, si casu coniugis fuerit solacio destituta, alteri ulterius non copuletur, sed pudica manens in desertis moncium et verticibus arborum commoretur, semper gemens et in virenti cespite denuo non quiescens. — Columba, secundum quod physiologi dicunt, felle caret, pullos alienos nutrit, rostro non ledit, vermiculis non pascitur, in cavernis petrarum nidificat, iuxta fluenta manet, grana eligit meliora, alis se defendit, gregatim volat, visum, cum senuerit, recuperat, pro cantu gemit. In hiis undecim naturalibus virtutibus columbe tota pene expressa est accio spiritualis vite.

27. (Om. XI. Copp. I, 155). Beatus abbas Anthonius, cum a demonibus temptaretur, terreretur et sine misericordia cederetur, Jacob fuit ita, ut dicere posset: 'Consolacio abscondita est ab oculis meis' (*Os. 13, 14*). Postea cum elevatis oculis vidisset desuper culmen dissoluti habitaculi aperiri et deductis tenebris radium lucis ad se influere cessanteque dolore intellexisset Dei presenciam adesse, ex imo pectore longa trahens suspiria sic loquebatur: „Ubi eras, Jhesu bone, ubi eras? Quare non a principio hic fuisti, ut sanares vulnera mea?" Et vox ad illum facta est: „Anthoni, hic eram; sed expectabam, ut viderem certamen tuum. Nunc autem, quia dimicando viriliter non cessisti, sem-

22 quiescat M^4T^4. — phisologi M^4. — 25 eligit maiora M^1T^2. — cum sen. fehlt M^1T^2. — 33 et uno p. (pectoris T^4) M^4T^4. — 37 viril. vicisti, semper M^4T^4.

25. Vgl. Vitae patrum III 12 = Migne, Patr. lat. 73, 744 u. V 17, 14 = ib. 73, 975.

26. Vgl. Jacobus de Vitriaco, Hist. occid. (ed. Duaci 1597), p. 221 aus einem Physiologus.

27. Aus der Vita b. Antonii abbatis cap. 9 = Migne, Patr. lat. 73, 132.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

per auxiliabor tibi et faciam te in omni orbe nominari". Sic bonus luctator meruit videre consolacionem Israhel, ymmo ab illo tempore factus est Israhel, id est secretorum Dei contemplator.

28. (O m. XI. C o p p. I, 158). Solent referre hii, quibus presentibus gestum est in H e m m e n r o d e [1]), demonem sub specie angeli cuidam monacho minus circumspecto per aliquot dies in mensa ostendisse formam dimidii panis et mandasse, ne plus comederet. Obedivit illi visioni et post paucos dies tantam sensit corporis debilitatem, ut tandem incurreret apostasiam.

29. (O m. XII. C o p p. I, 89 [= 91]). Canonicus quidam s a n c t e M a r i e ad G r a d u s [2]) in C o l o n i a, nomine L i o n i u s de E l n e r e [3]), michi bene notus, cum factus fuisset novicius in H e m m e n r o d e [4]) et cognovissent fratres eius carnales, mox signa salutis ei contradicentes ad claustrum venerunt et, ut ob debita sua persolvenda novicius cum eis rediret, plurimum sollicitaverunt, hoc dolose addentes quia eum cicius reducerent ordinique suo iterum restituerent. Quos cum abbas non posset avertere, sic ait: „Hodie fratrem vestrum de paradiso deponitis in inferno". Post aliquot annos brevi correptus infirmitate, raptus iusto Dei iudicio in frenesim tam valide cepit furere, ut sui catulis vivis scissis capiti eius pro remedio imponerent nec tamen rabiem curarent. Cui cum astantes dicerent ut de salute anime sue cogitaret et hortarentur ad confessionem, ad verba salutis non respondit, sed quasdam mulieres, cum quibus sanus peccaverat, propriis nominibus crebrius vocans periculose expiravit. Et valde timendum, ne Jhesus, qui convertenti positus fuerat in resurreccionem divini amoris, morienti propter apostasiam fuerit in ruinam eterne dampnacionis.

30. (O m. XII, C o p p. I, 90 [92]). Casus pene similis contigit in monasterio nostro. Adolescens quidam divites habens parentes et ecclesiam bonam, cum ad nos venisset et habitum novicii iam induisset, sicut predictum est de L i o n i o [5]), venerunt cognati eius et occasione debitorum eum extraxerunt, magis illum esse volentes in seculo in ruina viciorum quam in monasterio in resurreccione virtutum. Adhuc vivit in seculo, seculi puteis totus immersus.

5 Hemmerode $M^1 T^4$. — 11 Lyonius M^4. — 12 Hemmerode $M^1 T^4$. — 18 in infernum T^4.

28. Vgl. Dial. mirac. IV 31.
29. Vgl. Dial. mirac. I 14.
30. Vgl. Dial. mirac. I 12.

[1]) Himmerode.
[2]) Das von Erzbischof Anno gegründete Stift Mariengraden.
[3]) Im Dial. mirac. I 14 heißt er nur Leonius (Lionius) ohne Herkunftsbezeichnung. Die Herren von Elnere heißen nach Haus Eller an der Düssel zwischen Düsseldorf und Hilden. Vgl. P. Clemen, Die Kunstdenkmäler der Rheinprovinz III, 1 (Düsseldorf), 1894, S. 89 (dort weitere Schriften).
[4]) Himmerode.
[5]) s. Nr. 29.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

31. (Om. XII. Copp. I, 90 [92]). In valle illustri, ut scribit Moyses, multi erant putei bituminis (*Gen. 14, 10*). Vallis illustris vita est secularis; vallis mundus dicitur propter miseriam, illustris propter superbiam. Multa in mundo miseria, multa superbia. Putei retinacula sunt mundi ut honores et divicie, parentes et liberi. Bitumen, quod tenax est et attractive nature, amor et dulcedo, que hiis noscuntur inesse. Putei isti plurimos, ne Deo serviant, retrahunt et nonnullos post conversionem iterum ad se trahunt. Hiis puteis dominus Henricus, abbas noster [1]), retineri non potuit. Qui cum esset canonicus ecclesie Bunnensis [2]) et Domino inspirante venisset ad domum nostram conversionis gracia, duo milites, germani eius, premisso puero per fictum nuncium a conventu eum abstrahentes et manus bituminatas ei inicientes atque trahentes equo iniectum in vallem illustrem deposuerunt, non tamen puteis bituminis eum immergere potuerunt. Nam solo corpore, non voluntate vix tribus mensibus in habitu clericali, in quo extractus fuerat, eis commanens, occulte de valle illustri iterum rediit ad Vallem sancti Petri [3]). In qua factus novicius et monachus adeo profecit, ut post aliquot annos eidem loco abbas preficeretur.

32. (Om. XII. Copp. I, 93 [95]). Quidam bone sunt fame, sed male consciencie sicut ypocrite. Talis erat heremita ille, qui habitans iuxta quandam civitatem tantam simulaverat sanctitatem, ut cives crederent quia eius meritis sustentarentur. Cuius animam ab angelis sathane cum maximis tormentis educi quidam sanctus heremita conspexit, ob hoc de cellula sua divinitus eductus.

33. (Om. XII. Copp. I, 93 [95]). Alii vero fama sunt obscuri, sed vite merito lucidissimi sicut abbas Vitalius. Beatus iste non curans de scandalo hominum singulis noctibus in Alexandria intrans prostibula meretricum, singulis dans precia, ut illa nocte non peccarent, stans usque mane, orans pro eis. Qui cum ab omnibus maledicereturt, post mortem eius, fama per os meretricum omnibus loquente et miraculis choruscantibus, omnibus claruit, qualis illius conversacio fuerit.

---

2 Vallis ... secularis fehlt M^1T^1. — 22 civ. tacitam M^1T^2.

---

31. Vgl. Dial. mirac. I 13.

32. Vgl. Vitae patrum VI 3, 13 = Migne, Patr. lat. 73, 1011. J. A. Herbert, Cat. of romances III 324, 11. Rosarium (Hagenaw 1503) II fol. 52r. Gerould, in Publ. of the Mod. Langu. Assoc. of America XX (1905), 529 ff.

33. Vgl. Vita s. Johannis Eleemosynarii cap. 35 = Migne, Patr. lat. 73, 369. Enxemplos nr. 160.

---

[1]) Heinrich, seit 1208 Abt von Heisterbach, gest. nach 1240; s. Ferd. Schmitz, Urkundenbuch der Abtei Heisterbach, S. 21 f.

[2]) Bonn

[3]) Heisterbach.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

34. (Om. XIII. Copp. I, 70). Heremita quidam [1]), habitans iuxta Constantinopolim, cum eum imperator Theodosius solus visitasset et ex ipsius imperatoris relatu, quis esset, cognovisset, in ipsa nocte peciit fugam [2]), timens, ne exemplo illius multi non solum de populo, verum eciam de palacio forent ipsum visitaturi sicque propter laudes exhibitas omnes suos perderet labores. Sanctus iste laudes quidem hominum non appeciit et tamen locum mutavit.

35. (Om. XIII. Copp. I, 70). Legitur de alio quodam sancto, quod locum non mutavit, sed ipsam delectacionem inanis glorie de corde suo viriliter exturbavit. Hic cum esset tanti meriti, ut, sola fymbria seu epistola missa, eciam absens ab obsessis corporibus demonia fugaret, tanteque glorie, ut summe seculi potestates et sanctissimi sacerdotes sepe ante ostium cellule eius cubarent, non tamen propter oblatos honores demonem inanis glorie de corde suo poterat expellere. Timens ruinam oravit Deum, ut diabolum quinque mensibus permitteret in suo corpore dominari. Exauditur: vincitur, contempnitur et post menses quinque liberatur non solum a demone, sed, quod illi optacius fuit et salubrius, a vanitate. Vir iste sanctus maluit in Egipto tribulari, hoc est in suo corpore dispendium pati, insuper et in fama obtenebrari quam Jhesum in sua mente per superbiam necari.

36. (Om. XIII. Copp. I, 70). Econtra de altero quodam non inferioris glorie legitur, quod tantam habuerit virtutem, ut onagris imperaret, quatinus visitandi gracia ad se venientibus dorsa preberent eosque cum mansuetudine ad propria deportarent. Iste cum propter virtutum gloriam cordis negligeret humilitatem, tam graviter cecidit per peccatum fornicacionis, ut a Deo non mereretur tempus satisfaccionis; neglexerat enim fugere in Egiptum a facie Herodis.

37. (Om. XIII. Copp. I, 71). Recitavit michi quidam monachus magne opinionis, cum essem novicius, de quodam monacho — puto tamen quia ipse fuerit — quod die quadam, cum esset in oracione et ex multa devocione terram lacrimis irrigaret, mox ex ipsa gracia menti eius suborta est quedam gloriola, ita ut diceret: „Utinam videret aliquis modo graciam istam tibi a Deo collatam!“ Et elevans caput statim contemplatus est demonem in effigie nigri monachi ex latere stantem

8 qui locum M^1T^2; vgl. Z. 22. — 20 per superbiam fehlt M^1T2. 26 temporis M^1T^2.

34. Vgl. Vitae patrum III 19 = Migne, Patr. lat. 73, 749; V 15, 66 = ib. 73, 965.
35. Vgl. Vitae patrum IV 13 = Migne, Patr. lat. 73, 824. Vgl. unten Nr. 125.
36. Vgl. Vitae patrum V 8, 1 = Migne, Patr. lat. 73, 905. Auch Nr. 126.
37. Vgl. Dial. mirac. II 22.

[1]) Arsenius.
[2]) Vitae patrum: „eadem nocte fugit inde et perrexit in Aegyptum ad sanctos patres in eremo“.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

et ad lacrimas eius diligentissime respicientem. Conscius ipse sibi expavit et mox ad signum crucis monstrum evanuit. — Unde tutum est, ut, cum aliquid occulte facimus, in quantum in nobis est, ut occultum maneat, modis omnibus ad hoc studeamus. Recordemur in hoc facto Ysaie dicentis: 'Secretum meum michi, secretum meum michi' (*Is. 24, 16*).

38. (Om. XIII. Copp. I, 72). Sancto abbate Machario in cellula sua quiescente demon in specie monachi ad ostium eius pulsans dixit: „Surge, abba Machari, et eamus ad collectam, ubi fratres ad vigilias congregantur". Qui per spiritum vocem esse demonis cognoscens respondit: „O mendax, quid tibi consorcii cum collecta et congregacione sanctorum?" „Veni" inquit diabolus „et videbis ibi opera nostra". Premissa oracione sanctus abiit ad collectam et ecce! vidit ibi per totam ecclesiam quasi quosdam parvulos pueros Ethyopes discurrere atque psallentibus illudere. Et quibus duobus digitulis oculos compresserunt, dormitabant; quibus vero in os mittebant, mox oscitare faciebant. Completa psalmodia cum se fratres proiecissent in oracionem, ante quorundam oculos in mulierum species vertebantur, coram aliis portabant aliquid vel edificabant, et quecumque demones quasi ludentes formassent, hec orantes in cogitacionibus versabant. Aliis quidem super cervices et dorsa ludebant, ante nonnullos nec stare poterant, sed violenter repellebantur. Quod venerabilis vir videns et ex singulorum confessione ita esse cognoscens ingemuit. Et vere intellectum est quod omnes male et superflue ac vane cogitaciones, que vel psallentibus vel sompniorum aut oracionum tempore unusquisque in corde conceperit, illusione et instinctu demonum fiant.

39. (Om. XIII. Copp. I, 72). Muscas istas spirituales designant ille musce Funiacensis[1]) monasterii corporales, quas sanctus Bernardus legitur per excommunicacionem extinxisse, dum improbo volatu ac strepitu turbarent dedicacionem eiusdem ecclesie. Postera die omnes mortue palis eiciebantur. Et retulit michi quidam frater, quod ab illo die nunquam musca idem monasterium potuit intrare.

40. (Om. XIII. Copp. I, 73). Retulit michi abbas quidam ordinis nostri quod, cum tempore quodam in infirmitate positus postulasset corpus Domini et iam ei propinquasset sacerdos deferens illud, in

14 discurrentes M^4. — 30 turb. edificacionem T^2. — 31 paliis M^1. 35 et cum pr. $M^1 T^2$.

38. Aus Vitae patrum II 29 = Migne, Patr. lat. 21, 453; III 43 = ib. 73, 765 (Rufinus, Historia monachorum).

39. Vgl. S. Bernardi Vita prima, l. I auctore Guillelmo, cap. 11 = Migne, Patr. lat. 185, 256. Little, Liber exemplorum (1908), nr. 134 aus Giraldus Cambrensis, Gemma ecclesiastica (Rolls Series) I p. 160. Auch in Legenda aurea (ed. Graesse), p. 535. J. Th. Welter, Speculum laicorum nr. 278.

[1]) Abtei Foigny bei Vervins in der Picardie (dép. Aisne, comm. Bouteille); s. Janauschek, a. a. O. S. 10.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tantum turbavit eum spiritus blasphemie, ut inciperet dubitare. Qui cum non auderet communicare, dixit sacerdoti, ut rediret. Post modicum Dei gracia liberatus sacerdotem revocavit et plena fide multaque devocione communicavit.

41. (Om. XIII. Copp. I, 73). Dicam adhuc aliud de hiis exemplum temporibus nostris veraciter gestum. Fuit et forte est adhuc in Francia virgo quedam vite laudabilis et districte conversacionis. Hanc angelus sathane cum apostolo [1]) colaphizavit tam valide, ut die nocteque Deum oraret, quatinus eam de tam valida ac immunda temptacione liberaret. Die quadam oranti apparens angelus Domini dixit: „Multum oras et cum magna instancia Deum rogas, ut te ab hac temptacione liberet. Visne liberari?" At illa: „Volo, domine, volo." Et angelus: „Dic versiculum istum 'Confige timore tuo carnes meas; a iudiciis enim tuis timui' (*Ps. 118, 120*) et liberaberis." Angelo discedente et virgine versiculum decantante, stimulus carnis cessavit. Mira res: mox ut temptacio carnis quievit, blasphemie spiritus affuit, a quo pene missa est in desperacionem. Iterum cepit flere, iterum orare et tanto intencius, quanto temptabatur periculosius. Rursum adest angelus, et cum quereret, quomodo haberet illaque responderet quia multo peius quam prius, adiecit: „Putas te posse vivere sine temptacione? Ex hiis duabus alteram elige." Et illa: „Domine, si aliter esse non potest, peto, ut prior ad me revertatur." Cui angelus respondit: „Dic ergo versiculum istum 'Feci iudicium et iusticiam, non tradas me calumpniantibus me' (*Ps. 118, 121*) et deseret te spiritus blasphemie." Dixit et discessit, sed carnis stimulus iterum accessit.

42. (Om. XIV. Copp. I, 98). Beatus Appollonius, sicut in eius gestis legitur, cum esset vite solitarie, admonitus est voce Dominica, ut propter salutem multorum ad loca descenderet habitabilia. Qui timens incurrere superbiam, sicut iussus fuerat, manus ad cervices misit apprehensoque quasi parvulo Ethiope sub harena submersit, illo clamante atque dicente: „Ego sum, ego sum spiritus superbie." Iste iam secure redire poterat in terram Israel.

43. (Om. XIV. Copp. I, 98). Dominus Hermannus, abbas Loci sancte Marie [2]), retulit michi visionem admodum mirabilem, satis huic loco competentem. „Cum essem" inquit „abbas in

9 noctuque M[4] T[4].

41. Vgl. Dial. mirac. VIII 42. J. Th. Welter, Tabula exemplorum nr. 210.
42. Nach Vitae patrum II (Rufinus) 7 = Migne, Patr. lat. 21, 411.
43. Vgl. Dial. mirac. IV 96.

[1]) Vgl. 2. Cor. 12, 7.
[2]) Hermann, erster Abt von Marienstatt im Westerwald (1215—1223), vorher Abt von Heisterbach und Himmerode. Vgl. über ihn G. Wellstein, Studien und Mitteilungen zur Geschichte des Benediktiner-Ordens 36 (1915), S. 57—92; Wilkes, Himmerode (a. a. O.) S. 38 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Claustro[1]), erat ibi monachus et adhuc vivit, qui nocte quadam temptabatur gravissime, et fuit eadem temptacio non tantum valida, sed et periculosa; et sicut ex eius confessione cognovi, talis erat status eiusdem temptacionis, ut in tam brevi morula, sicut quis manum poset vertere, ei satisfecisset, si voluntas peccati affuisset; noluit enim cum Herode in se interficere animam pueri, id est graciam Christi. Impugnabatur tamen fortiter, restitit viriliter et tandem triumphavit feliciter."

44. (Om. XIV. Copp. I, 99). In eadem ebdomada venit ad me conversus quidam simplex de grangia, dicens se velle michi secrecius loqui. Et cum dedissem ei copiam, ait: „Domine, in hac septimana visum est michi in sompnis, quomodo coram me staret columpna fortis, et ferrum infixum erat eidem columpne pendebatque in ferro corona pulcherrima quasi corona imperatoris. Et affuit quidam pulcherrimus dominus, qui ambabus manibus tollens de ferro coronam ponensque in manibus meis sic dixit: 'Accipe coronam istam et defer eam illi monacho', designans eum ex nomine, 'quia bene meruit eam'." Et ego mox intellexi visumque est michi quod eadem nocte et ille superaverit temptacionem et iste viderit revelacionem. Columpnam illam fortem intellexi monachum in resistendo fortem, ferrum duram temptacionem, coronam de temptacione mercedem.

45. (Om. XIV. Copp. I, 99). Paulus, primus heremita, vidente Anthonio[2]) inter choros apostolorum atque prophetarum delatus est in celum. Et merito; inter illos enim ascendit, inter quos laboris sui coronam accepit. Tantum in heremo meruit Effrem[3]) diaconus, quantum in turbis verbo et exemplo Magnus ille Basilius. Unde neque monachus sive heremita, si sciencie talentum accepit, non in terra, sed in Domino abscondit.

46. (Om. XIV. Copp. I, 100). Tabernaculum est casa militaris, qua milites utuntur in bellis. Significat autem Christi ecclesiam tempore persecucionis per Egiptum extensam. Que cum tenebrosam aquam de nubibus aeris, id est aereis potestatibus mundique principibus, stillantem exciperet in vicis, urbibus et castellis, in solis monachis heremitisque latuit et quievit. Nam per nimiam atque insuperabilem illorum constanciam preceperat imperator, ne quis inferret monachis persecucionem, timens illorum fortitudine alios animari ad passionis tolleranciam. Ob hoc beatus Anthonius[4]) amore martirii succensus vestem induit splendidam et stans eminencius provocavit iudicem. Non tamen sic obtinuit, quod desideravit, quia Deus illum ad fructum ampliorem plurimorumque edificacionem reservavit.

30 in bello M[4] T[4].

44. Vgl. Dial. mirac. IV 96.

[1]) Himmerode.
[2]) Vgl. Hieronymus, Vita Pauli cap. 14 = Migne, Patr. lat. 23, 27.
[3]) Ephraem Syrus, vgl. Vita s. Basilii cap. 11 = Migne, ib. 73, 309.
[4]) Vgl. Vita b. Antonii abbatis cap. 23 = Migne, Patr. lat. 73, 147.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

47. (O m. XIV. C o p p. I, 101). Tempore quodam clericis quibusdam in ecclesia fortiter cantantibus et vocem in sublime tollentibus vidit vir quidam religiosus, qui tunc affuit, quendam demonem in loco eminenciori stantem, saccum in sinistra manu apertum tenentem, qui cantancium voces dextera late extensa capiebat atque in eundem saccum mittebat. Illis completo cantu inter se gloriantibus, tanquam qui bene et fortiter laudassent Deum, respondit ille, qui visionem viderat: „Bene quidem cantastis, sed saccum plenum." Mirantibus illis et interrogantibus, cur hoc diceret, visionem eis per ordinem exposuit. — Hec contra superbiam vocum et exaltacionem dicta sint.

48. (O m. XIV. C o p p. I, 101). Sicut cognovi non ex leccione, sed ex relacione, monachus quidam fuit in M o n t e C a s s i n o, vocem habens suavissimam. Hic cum in vigilia pasche in veste levitica cereum benediceret et voce dulcissima melodiam illam dulcissimam resonaret et esset vox eius in auribus omnium quasi musica in convivio vini, benedicto cereo nusquam comparuit. Et nescitur usque in hodiernum diem, utrum causa illius raptus meritum fuerit tam gloriose benediccionis vel culpa suborte elacionis. Si non est translatus ab angelo, timeo quia rapuerit eum Archelaus, id est agnoscens leo, qui superbas voces clericorum misit in saccum.

49. (O m. XIV. C o p p. I, 101). Huiusmodi vocum exaltacionem frequenter esse a diabolo subiecto probabitur exemplo. Dixit michi vir quidam valde venerabilis, sacerdos et prelatus in ordine nostro [1]), visionem satis terribilem: „In domo", inquit, „in qua tunc temporis fui, quidam [2]) intonavit psalmum voce mediocri, et supprior [3]) cum ceteris eadem voce, qua ille inceperat, cantare cepit. Stabat iuvenis quidam minus sapiens in inferiori pene parte chori et indigne ferens psalmum tam submisse inceptum fere quinque tonis exaltavit. Suppriore ei resistente ille cedere contempsit, sed cum magna quadam pertinacia victoriam obtinuit. Propter scandalum et dissonancie vicium omnes ei cesserunt. Ipso vero sic triumphante, vidi demonem quasi

---

5 expansa cap. M [4] T [4]. — 10 et exultacionem M [1] T [4]. — 14 voce suavissima M [4]. — 26 ille ceperat M [1] T [4]; ille cantare inceperat eciam cantavit M [4].

---

47. Vgl. Dial. mirac. IV 9. Jacobus de Vitriaco, Hist. occid. (Duaci 1597), p. 360. A. Kaufmann, Annalen 53 (1891), S. 58 Anm. 1. Aehnlich Nr. 59 und 118.

48. Vgl. Dial. mirac. IV 8. J. Bolte's Anm. zu Pauli, Schimpf und Ernst nr. 621.

49. Vgl. Dial. mirac. V 5.

[1]) Nach dem Dial. mir. Hermann, zuletzt Abt von Marienstatt; s. Nr. 43.

[2]) „Cum nocte quadam hebdomadarius invitatorii antiphonam (Ps. 94) inciperet et monachus ei proximus v. m. ps. intonaret" (Dial. mirac.).

[3]) Herwicus, Subprior, dann Prior von Himmerode (Dial. mir.), gestorben um 1221. Vgl. Wilkes a. a. O. S. 58.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

candens ferrum ab eo procedentem et in chorum oppositum in eos, qui in eius partes adiuverant, se transferentem."

50. (O m. XIV. C o p p. I, 102). Quantum eciam Deo placeat devota vociferacio et humilis vocum exaltacio, alio eiusdem sancti viri cognoscetur testimonio. Ait enim: „Stante me in nocte Natalis Dominici in choro in parte prioris ad librum, cum unus fratrum incepisset responsorium 'Intuemini quantus sit iste qui ingreditur ad salvandas gentes', contemplatus sum in choro abbatis ex parte michi opposita super appodiacionem circulum lucidum ad instar lucis diurne et in circulo stellam clarissimam ex ipso circulo radiantem." Ex hoc colligitur Deum multum iocundari in devoto clamore. Unde David dicit: 'Bene psallite ei in vociferacione' (*Ps. 32, 3*) et de se ipso: 'Immolabo in tabernaculo eius hostiam vociferacionis' (*Ps. 26, 6*). Ista dicta sint de eo quod Deus laudandus sit humiliter.

51. (O m. XIV. C o p p. I, 102). Quod laudandus et glorificandus sit hilariter, hoc usus est[1]) exemplo: „Est", inquit, „conversus quidam[2]) in eadem domo, vir senex, moribus maturus et adhuc virgo corpore. Iste sepe in sollempnitatibus gloriosam Dei Genitricem dominam nostram, ordinis patronam, videre solitus est hoc modo. De choro monachorum veniens ipsumque Deum et hominem de se natum in brachiis portans chorum ingreditur conversorum et more abbatis fratres excitantis circuiens ante quosdam, qui in ordine devoti sunt et vigiles, gradum figit, filium eis ostendens, devocioni congratulans, tepidos autem et dormientes cicius pertransiens nichil consolacionis impendit. Singulos conversos in illa celesti circuicione visitatos necnon et neglectos diligencius notavit et ex nomine tam illos quam istos michi designavit. Similia et forte maiora in choro monachorum psallencium sancta Dei Genitrix actitare consuevit, sed conversus propter obstaculum videre non potuit."

52. (O m. XIV. C o p p. I, 102). Cum idem qui supra[3]) in nocte sancti C u n i b e r t i[4]) staret in choro, tunc simplex monachus, vidit

2 adiuverunt **M**[1] **T**[2]. — 5 natalis domini **M**[4] **T**[4]. — 10 st. lucidissimam **T**[4]. — 31 Kuniberti **M**[1], Cunniberti **M**[4].

50. Vgl. Dial. mirac. VIII 6.
Aehnlich Vita Bernardi VII, 4 (aus dem Exordium magnum Cisterciense) = Migne, Patr. lat. 185, 418: Cuidam etiam fratri spirituali videre concessum est, dum idem hymnus [Te Deum laudamus] inciperetur, quod ab ore incipientis flamma magni splendoris erumpebat et sursum conscendebat.
51. Vgl. Dial. mirac. VII 12.
52. Vgl. Dial. mirac. V 5.

[1]) Hermann, damals Prior in Himmerode; s. Nr. 49.
[2]) „Henricus conversus in Hemmenrode" (Dial. mir.); vgl. auch Dial. mirac. V 5.
[3]) Hermann, damals Mönch in Himmerode.
[4]) Erzbischof von Cöln, im 7. Jahrhundert; sein Todestag war der 12. November.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eminus iuxta presbiterium duos intrare demones et paulatim ascendere inter chorum monachorum atque noviciorum. Cumque venissent contra angulum, ubi parietes conveniunt, exiliit tercius demon, duobus illis se socians et cum eis exiens. Qui cum ante eum transirent tam prope, ut posset eos manu tangere, consideravit quia terram non tangebant, utpote aeree potestates. Et habebat unus ex duobus prioribus femineum vultum, in capite vero velamen nigrum nigroque circumdatus pallio. Posteriora in eis non vidit. Monachus ille, qui tercium demonem iuxta se foverat, satis fuit murmuriosus et non parum accidiosus, in choro libenter dormiens et invitus psallens, hilarior ad potandum quam ad cantandum; breviores vigilie videbantur ei semper longissime.

53. (Om. XIV. Copp. I, 103). Alio itidem tempore cum modicum se movisset a stallo prioris ad commonendum fratres, quia tunc prior erat, prospexit inter stallum suum et abbatis demonem satis horribilem cum impetu intrare. Qui cum in chorum prioris respexisset vidissetque sibi non patere aditum propter priorem, qui viam occupaverat, raptim se deposuit in chorum noviciorum, cuidam seniori, qui illic sedebat, se iungens. Iste superiori non multum dissimilis erat, libenter murmurans et invitus psallens. — Ecce! in hiis exemplis in laude Dei hilares habent, unde consolentur; desides et tristes, unde terreantur.

54. (Om. XIV. Copp. I, 103). Laudandus est eciam Deus intente, hoc est, ne mens discordet a voce. Discordiam inter vocem et mentem sepe diabolus facit, sicut ex hoc, quod dicturus sum, poterit dinosci. Retulit michi idem, qui supra [1]), quia, cum in nocte sancti Martini [2]) staret in matutinis, contemplatus est demonem unum in forma rustici quadrati inferius iuxta presbiterium intrare, ubi supradicti duo demones intraverant, et precessit hec visio illam tantum una nocte. Habebat enim pectus latum, scapulas acutas, collum breve, capillum in fronte satis superbe tonsuratum, sed reliquos crines sicut aristas dependentes. Accessit ad quendam novicium [3]) et stabat coram illo. Quem cum vir sanctus diucius intuitus fuisset, avertit parumper oculos et, cum rursum ad eum oculos levaret, disparuit.

55. (Om. XIV. Copp. I, 103). Non multo post transformavit se in caudam vituli et super formam cadens, cui idem novicius innitebatur, motu levissimo trahebat se ad novicium. Et cum scapulas eius

9 murmurosus T^4. — 16 intrantem M^1T^2 (s. jedoch Dial. mir.).

53. Vgl. Dial. mirac. V 5.
54. Vgl. Dial. mirac. V 5.
55. Vgl. Dial. mirac. V 5.

[1]) Hermann, s. oben Nr. 49—53.
[2]) Bischof Martin von Tours; sein Tag ist der 11. November.
[3]) Der spätere Prior Alexander von Himmerode (Dial. mir.).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tangeret, fallebatur in psalmodia novicius. Cumque super articulos satisfaceret secundum consuetudinem ordinis, demon quasi turbine impulsus est statim ad longitudinem cubiti unius sicque disparuit. Melius has duas visiones possum intelligere quam velim exponere. Per aristas enim et caudas nisus est eum diabolus ab intencione divine laudis revocare.

56. (Om. XIV. Copp. I, 103). Alio tempore in vigilia, ut puto sancti Columbani[1]), cum chorus abbatis inciperet psalmum 'Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me' (*Ps. 3, 2*), multiplicati sunt ibi demones in tantum, ut ex eorum concursu et discursu mox in psalmo fallerentur. Cumque oppositus chorus errantes conaretur revocare, demones transvolaverunt et se fratribus miscentes ita eos turbaverunt, ut prorsus nescirent, quid psallerent. Clamavit chorus contra chorum. Abbas[2]) simul et prior[3]), qui hec vidit, non poterant eos ad viam reducere neque vocum dissonancias unire. Tandem psalmo illo usitatissimo cum labore pariter et confusione qualicumque modo expleto, diabolus, tocius confusionis caput, cum suis satellitibus abscessit et pax turbata psallentibus accessit. Visus est in illa hora diabolus sicut draco habens haste longitudinem evolare, et hoc iuxta lampadem in choro ardentem, ne priorem illius abscessus posset latere. Reliqui demones umbrosa habebant corpora, pueris maiora, facies ferro post modicum de igne extracto simillimas.

57. (Om. XIV. Copp. I, 104). Alia quadam nocte cum prevenisset[4]) fratres ad vigilias et propter aeris claritatem considerandam oculos direxisset ad fenestram anteriorem, obiecit se eius visui demon quidam in Ethiopis effigie, magnus et nigerrimus, acsi hora eadem ab igne infernali recenter esset extractus. Qui ad eum per chorum superiorem veniens ipsumque pertransiens egressus est. Interim nola a sacrista pulsabatur. Sepius per chorum demones vidit in formis minutissimis discurrentes, sepe in diversis locis contemplatus est eos horribiliter scintillantes. — Ecce talis est Archelaus, tales ministri eius. Senciens igitur aspectum demonum vir sanctus oculis esse nocivum et bene illorum expertus nequiciam, quadam die, missa dicta de sancto Spiritu, oravit Deum, ut eum ab huiusmodi visionibus liberaret. Statimque affuit illi inimicus in forma oculi ad magnitudinem pugni

5 c. visus est M[4]. — divine fehlt M[4] T[4]. — 14 non poterat T[4]. — 20 possit l. M[4] T[4]. — 26 eadem de igne T[4]. — 29 Sep. ergo per M[4], Sep. autem per T[4].

56. Vgl. Dial. mirac. V 5.
57. Vgl. Dial. mirac. V 5.

[1]) Der berühmte Ire, Gründer der Klöster Luxeuil und Bobbio, wo er am 23. November 615 starb.
[2]) Abt Eustachius von Himmerode, bezeugt 1198—1219; vgl. Wilkes, S. 40 f.
[3]) Hermann, Prior in Himmerode, s. Nr. 51.
[4]) Hermann, s. oben Nr. 49 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lucidissimi, ita oculis eius vicinus et importunus, ut quasi videretur dicere: „Modo diligenter inspice me, quia de cetero non videbis me.“ Et factum est ita; exauditus est et liberatus est.

58. (Om. XIV. Copp. I, 104). Nec hoc silebo, quomodo ad huiusmodi pervenerit visiones. Frater [1]), de quo superius dixi, vir iustus et bonus, solitus erat ei [2]) referre in confessione, qualiter in diversis formis demones frequenter videret, et illius exemplo mox videndi desiderio accensus intentissime Deum oravit, ut sibi eciam hanc graciam donaret. Statimque exauditus est, et cum hec hiisque similia videret, ex multa caritate et ex speciali quadam, quam ad me habere dignatus est, familiaritate michi aliqua sub tipo confessionis recitavit, hoc licencians, ut, si vellem, scripto mandarem, dummodo personam eius non propalarem.

59. (Om. XIV. Copp. I, 104). Ratispone [3]) episcopus quidam religiosus fuit, qui tempore quodam de fenestra palacii sui prospiciens vidit gigantem magnum, nigrum, deformem, saccum in humeris portantem et utramque eius partem ad terram usque pendere. Episcopo sciscitanti, quisnam esset vel quid in sacco portaret, respondit: „Omnes dicciones vel sillabas, que in episcopatu tuo ex ore psallencium per negligenciam cadunt, in hunc saccum repono.“ Hoc audito episcopus ingemuit et per totum illum annum per totum episcopatum horas canonicas duplicavit.

60. (Om. XIV. Copp. I, 104). Visi sunt aliquando demones in similitudine corvorum psallencium pedes circuire et sillabas sive verba defluencia quasi micas vel grana cum aviditate colligere. Nuper eciam in Nivellia [4]), cum crux ibidem predicaretur [5]), demon quidam virginem divitem et nobilem in specie viri delicati procabatur, offerens

18 sciscitante M^1M^4. — 22 canonicas fehlt M^4T^4. — 26 Nivella M^4.

58. Vgl. Dial. mirac. V 5.

59. Vgl. Nr. 47 und 118 über das Unterschlagen von Silben oder Wörtern beim Psallieren der Mönche. Vgl. auch die Fassungen vom Teufel Titivillus, der die verstümmelten Silben beim Chorgesange sammelt. Jacques de Vitry (ed. Crane) nr. 19. Etienne de Bourbon nr. 179 u. 212. Wright, Lat. stories nr. 46. Paul Lehmann, Parodie im Mittelalter, 1922, S. 15. Wells, Manual (1916), S. 234; 749. Herbert, Cat. of romances III 354, 46; 555, 198; 584, 37; 628, 38; 701, 11; 705, 43. Kaufmann, Annalen 53 (1891), S. 124. Schönbach, Ueber Caes. v. Heisterbach III (a. a. O.), S. 35 ff.

60. Vgl. Dial. mirac. III 6.

[1]) Henricus conversus in Hemmenrode (Dial. mirac.).
[2]) Hermanno.
[3]) Regensburg.
[4]) Nivelles in Brabant.
[5]) Tempore illo, quo scholasticus Coloniensis Oliverus crucem predicavit in partibus Brabancie (Dial. mirac.), also im Jahre 1214; vgl. H. Hoogeweg, Westdeutsche Zeitschrift VII (1888), 245 f.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ei clenodia multa. Quem cum tam ex propria confessione quam ex aliis quibusdam signis demonem esse intellexisset, ei suum consensum prorsus negavit. Cuius impetus cum non posset sola sustinere, adhibite sunt ei mulierum custodie; attamen invisibiliter semper affuit. Omnibus loquebatur, sed a sola virgine videbatur. Confluente turba rogatus est, ut Dominicam oracionem diceret. Obedivit, dixit, sed valde confuse, multos ibi saltus faciens. „Sic" inquit „dicere soletis oraciones vestras". Nunquam dicere potuit 'Credo in Deum', sed tantum 'Credo Deum' [1]). Salutacionem angelicam nec quidem incipere poterat.

61. (Om. XV. Copp. I, 128). Si dies festus anime agitur in reliquiis sancte cogitacionis, quanto magis in ipsa dulcedine indicibilis contemplacionis . . . De hac dulcedine venerabilis David monachus Claustrensis dicere solitus erat: „Sentiri potest, dici non potest." De cuius sollempnitatis immensitate secrecius dicebat sic: „Si Dominus Deus nichil amplius haberet glorie nisi quantum michi ostendere dignatus est, nimis esset."

62. (Om. XV. Copp. I, 128). Contemplacio excedens racionem quodam modo mors carnis est. Unde sancta Elizabeth in Sconavia [2]), antequam ascenderet ad contemplacionem, pati solebat semper quandam cordis passionem. A qua fatigata, dum raperetur in excessum, mox quievit.

63. (Om. XV. Copp. I, 129). Legitur quidam de sanctis senioribus visitandi gracia ad alium venisse seniorem heremitam. Quibus consedentibus per biduum tum psallendo tum conferendo compleverunt psalterium totum et duos prophetas corde tenus, nichil cogitantes sive de tempore sive de cibo.

18 El. de Sconaugia M [1] T [1].

61. Auch Nr. 238. Ueber David Florentinus monachus Claustrensis (gest. 11. Dezember 1179) s. Dial. mirac. I 4. II 18. XI 2; 3; 7; 11; 14. XII 44; 55. Vita b. Davidis bei N. Heesius, Manipulus rerum memorabilium claustri Hemmenrodensis (1641), p. 50—61, im Anhang zu C. Jongelinus, Notitia abbatiarum ord. Cist., Coloniae 1640. Carl Wilkes, Die Zisterzienserabtei Himmerode, S. 3 ff. G. Wellstein, Der selige David in Himmerode, Cisterzienserchronik XVII (1905), S. 1 ff. u. Zur Geschichte des seligen David von Himmerode, ebda. XXII (1910), S. 350 ff. W. Levison, Neues Archiv XXIX (1904), S. 259. Die Vita b. David monachi Hemmerodensis auch in Hs. Trier 2077.

63. Vgl. Vitae patrum III 6 = Migne, Patr. lat. 73, 742 u. V 4, 56 = ib. 73, 871.

[1]) Vgl. Nr. 153, 166 und Homil. Copp. II, 109 (bei Strange, Dial. mirac. I, 117, Anm. 4 zitiert).

[2]) Ueber Elisabeth von Schönau (bei St. Goarshausen, im Trierer Sprengel) s. auch Dial. mirac. VII 30 und unten Nr. 290. Caesarius hat Stellen in den Visionen Elisabeths im Auge wie bei F. W. E. Roth, Die Visionen und Briefe der hl. Elisabeth, 2. Aufl., Brünn 1886, S. 1: „cecidit super eam passio quedam precordiorum", und besonders S. 125: „venit super me quedam passio cordis, quam pati solebam, quando primum mihi revelari inceperunt misteria Dei".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

64. (Om. XV. Copp. I, 130). Monachus quidam supprior [1]) in quodam cenobio in Longobardia [2]) ab angelo sub specie cuiusdam monachi ex parte abbatis ad portam vocatus et longius eductus devenit in paradisum, ubi Enoch (*Ecclus. 44, 16*) vidit et Helyam (*4 Reg. 2, 11*) ostensusque est ei liber, in quo scripta erant aureis litteris nomina omnium predestinatorum. Cumque in eodem libro nomen suum legeret, audire meruit: „Nomen tuum nunquam delebitur de hoc libro." Iste Dominam nostram valde diligebat et de dulcedine Jherusalem frequenter gustabat. Ante paucos annos defunctus est.

65. (Om. XV. Copp. I, 131). Legitur de quodam patrum quod, quociens stabat ad oracionem, nisi velociter deponeret manus, statim rapiebatur in excessum. — Contingit sepius, ut a contemplacione quis rediens et ab oracionis loco quasi iam per unam dietam descendens, cum aliqua temptacione pulsari cepit, tunc primum meminit, quid habuerit, quid amiserit qualemve filium in Jherusalem reliquerit; positus enim intra dietam oracionis adhuc gustat de reliquiis contemplacionis. Sic apostolus descendens de tercio celo carnis sue pulsatur stimulo (*2. Cor. 12, 7*).

66. (Om. XV. Copp. I, 133). Sanctus Bernardus, cum tempore quodam nescio quid dictaret et testimonium haberet in promptu, quod presenti loco congruebat, velletque reservare ad finem, timens ibi defectum, huiusmodi vocem audivit: „Si istud reservaveris, aliud tibi non dabitur." — Respondet Jhesus ad interrogata, respondet intellectui, ut intelligat, memorie, ut intellecta retineat, et si que sunt alie virtutes, sive naturales sint sive spirituales, ex eius responsis accipiunt, unde proficiant. Bene responsum est illi, qui ait: 'Incerta et occulta sapiencie tue manifestasti michi' (*Ps. 50, 8*).

67. (Om. XV. Copp. I, 134). Magister Johannes Xantensis [3]), cum quodam tempore transitum faceret per Gosslariam,

4 Heliam M [4], Elyam M [1]. — 21 res. in finem M [4] T [4]. — 28 Santensis M [1] T [2]. — 29 Goslariam T [2], Glossariam T [4].

64. Vgl. Dial. mirac. VII 37.
65. Auch Nr. 270. Vgl. Vitae patrum V 12, 11 = Migne, Patr. lat. 73, 942.
67. Vgl. Dial. mirac. VI 31.

[1]) Bertrammus grangiarius (Dial. mirac.).
[2]) „In Lombardia quadam domo ordinis nostri, que Karixtus dicitur" (Dial. mirac.) = Cerretum, heute Cereto an der Adda; s. P. Kehr, Italia pontificia VI, 1 (1913), 251.
[3]) Ueber Johann Scholasticus von Xanten, seit 1222 Abt in St. Trond, vgl. auch Dial. mirac. II 7. III 21 und über ihn als Kreuzprediger (1214) E. Winkelmann, Philipp von Schwaben und Otto IV. von Braunschweig, II, Leipzig 1878, S. 392, Anm. 4. Ders., Kaiser Friedrich II., B. I, Leipzig 1889, S. 224. Hoogeweg, Der Kölner Domscholaster Oliver als Kreuzprediger (Westdeutsche Zeitschrift VII, 1888, S. 240). Chronica regia Colon. a. 1214, contin. III a. 1215 (ed. Waitz S. 192 f. 236).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

visitavit quandam reclusam satis sibi familiarem. Quo viso cepit illa mirabiliter flere. Cui cum diceret: „Cur fles, mulier? quid habes?“ respondit illa: „Non possum invenire Dominum meum. Quid facere debeam, penitus ignoro.“ Sciens eam feminam esse sanctam ac religiosam, in quodam spirituali ioco sic ei respondit: „Mulier, Dominus in aliquo latet foramine: circui parietes cellule tue, clamans cottidie: 'Domine, ubi es? Ostende michi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis' (*Cant. 2, 14*). Forte casu eum invenies.“ Recedente magistro fecit illa sic. Et post aliquod tempus, cum ipse iterum eam visitaret, illa cum leticia eum sic allocuta est: „Deus vos remuneret, quia veraciter, sicut michi dixistis, Dominum meum inveni.“ Et cum reduxisset ei ad memoriam, stupebat valde, admirans Christi humilitatem.

68. (Om. XV. Copp. I, 134). Simile pene contigit in Commede[1]), quodam cenobio sanctimonialium ordinis Cisterciensis, sicut a priore eiusdem loci audivi. Erat ibi puella quedam, ymaginem habens Salvatoris. Quam cum perdidisset et cottidie cum lacrimis quereret, nocte quadam Dominus in hec verba locutus est ei: „Noli flere“, ex nomine eam vocans, „quia in sacculo positus iaceo sub stramentis lectuli tui ad caput“. Mox illa surrexit, quesivit, invenit. — Quis non stupeat ad tantam benignitatem divine sapiencie? 'Dignos se circuit ipsam querens et in viis suis se ostendit illis hilariter' (*Sap. 6, 17*). Poterant sancte iste mulieres cum Maria et Joseph dicere: 'Fili, quid fecisti nobis sic?' (*Luc. 2, 48*). Vox ista vox est congratulacionis, non increpacionis.

69. (Om. XV. Copp. I, 135). Quidam dona Christi ita habent ad manum, ut quasi imperare eis videantur. Ante unum mensem, priusquam venirem ad ordinem, adolescens quidam, Christianus nomine, sancte conversacionis, in domo nostra defunctus est. Hic tempore quodam lacrimarum graciam sibi subtractam et per confessionem oracionemque diligentissime quesitam per osculum ligni Dominici, quod apud nos est, invenit. Que gracia ab illa hora ita fuit ei subiecta, ut, quociens vellet, lacrimas haberet.

70. (Om. XVI. Copp. I, 136). Tempore Cůnradi imperatoris[2]), cum sanctus Bernardus in Alemannia lingua Gallica predi-

13 Cummede M⁴T⁴. — 14 cen. monialium M⁴T⁴. — 15 puellula T⁴. — 33 Conradi M⁴T⁴.

68. Vgl. Dial. mir. VI 32.
69. Vgl. Dial. mir. IV 30.
70. Vgl. S. Bernardi Vita prima, l. III auctore Gaufrido, cap. 7 (= Migne, Patr. lat. 185, 307) u. Vita secunda auctore Alano, cap. 42 (= ib. 185, 493): Inde erat quod Germanicis etiam populis loquens miro audiebatur affectu, et ex sermone eius quem intelligere, utpote alterius lin-

[1]) Cisterzienserinnenkloster Chumd auf dem Hunsrück, zu Eberbach gehörig.
[2]) Der Staufer König Konrad III., der 1147 den zweiten Kreuzzug auf Drängen Bernards von Clairvaux unternahm.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

caret, ita populum accendit, ut uberrime fleret, cum tamen eius verba non intelligeret. Postea cum interpres peritissimus sanctos sermones exponeret, populus non est motus. Cessante igne tepuit calor; non potuit accendere, qui forte non novit ardere. Habent tamen quidam predicatores, qui male vite sunt, verba satis incentiva, sed hoc esse puto tum ex virtute verborum tum ex merito auditorum. 'Omnis sermo Dei ignitus clipeus est omnium sperancium in se' (*Prov. 30, 5*).

71. (Om. XVI. Copp. I, 137). In Wilari[1]) domo ordinis Cisterciensis, cum quidam abbas eiusdem ordinis mane in capitulo facturus esset sermonem, in ipsa nocte vidit quidam monachus in somnis eundem abbatem carbonem ignitum tenere in manu et ora tangere singulorum.

72. (Om. XVI. Copp. I, 137). Predicante quadam die beate memorie domino Innocencio summo pastore[2]), quidam Romanus[3]) interrupit eius sermonem et coram omni populo clamabat dicens: „Os quidem Dei habes, sed verba diaboli".

73. (Om. XVI. Copp. I, 138). Domino Bertrammo Metensi episcopo[4]) in exordio pontificatus sui predicante in ecclesia sancti Stephani in populo contemplatus est duos viros stare, quos propter hereses de Monte Pessulano[5]) noverat expulsos, et exclamavit: „Video nuncios diaboli in medio vestri stantes". Qui se ab episcopo videntes deprehensos, adiuncto sibi scolari, ceperunt contra eum garrire, sermonem eius interrumpentes. Post missam ante ecclesiam populo multo ad se congregato aperte predicaverunt. Quibus cum episcopus vim inferre non posset propter quosdam burgenses, qui in

11 ign. habere M[4] T[4]. — 19 stantes M[1] T[2]; doch s. Dial. mir.

guae homines, non valebant, magis quam ex peritissimi cuiuslibet post eum loquentis interpretis intellecta locutione, aedificari illorum devotio videbatur et verborum eius magis sentire virtutem: cuius rei certa probatio tunsio pectorum erat et effusio lacrymarum. Ferner Petri Cantoris Verbum abbreviatum, cap. 6 = Migne, Patr. lat. 205, 37; Giraldus Cambrensis, Gemma eccles. (= Opera, ed. Brewer II, 152).

71. Aehnlich Exordium magnum Cist. V 18 = Migne, Patr. lat. 185, 1170.

72. Vgl. Dial. mirac. II 30.

73. Vgl. Dial. mirac. V 20.

[1]) Villers in Brabant bei Gembloux, s. Janauschek, Orig. Cist. p. 87 (Villarium). Kaufmann, Annalen LIII (1891), S. 219, Anm. 1. Ed. de Moreau, L'abbaye de Villers en Brabant au XIIe et XIIIe siècle, Brüssel 1909.

[2]) Papst Innocenz III.

[3]) Der Redende ist 'Johannes Capotius, qui Ottoni favebat' (Dial. mir.). Ueber Johann Capocci von Rom vgl. E. Winkelmann, Philipp von Schwaben u. Otto von Braunschweig, I, Leipzig 1873, S. 351 ff.; B. II (1878), S. 297; F. Gregorovius, Geschichte der Stadt Rom im Mittelalter[6] IV, 599. V, 27, 35, 45, 48.

[4]) Bertram, Bischof von Metz 1180—1212.

[5]) Montpellier.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eius odium eos defendebant, et clerici eis dicerent: „Vos, domini, cuius auctoritate predicatis?“, predictam sentenciam apostoli [1]) eis obicientes „vel quis misit vos?“, responderunt: „Spiritus“. Verum quidem dixerunt, non tamen ‘a Spiritu sancto missi’ (*Act. 13, 4*), sed a spiritu erroris, qui per ora illorum in eadem civitate seminavit heresim F a d o s i a n a m, ab uno eorum sic vocatam.

74. (O m. XVI. C o p p. I, 139). Non est diu quod homines quidam obsessum quendam gracia et spe curacionis trahebant ad quoddam cenobium ordinis nostri. Ad quos dum exiret prior, ducens secum iuvenem monachum, quem virginem corpore noverat, ait ad obsessum: „Si tibi preceperit monachus hic, ut exeas, quomodo audebis manere?“ Cui demon respondit: „Non eum timeo, quia superbus est.“ Non enim diabolus timet montem virginitatis, nisi ei contigua sit vallis humilitatis.

75. (O m. XVI. C o p p. I, 139). Legitur eciam in Verbis seniorum cuiusdam primarii filia in B a b i l o n i a obsessa, que, cum curari non posset, suasu cuiusdam monachi sibi familiaris vocavit in domum suam discipulum quorundam magnorum senum, quasi precium ei pro sportellis, quas vendiderat, daturus. Qui cum domum intrasset, occurrit ei puella illa obsessa et dabat ei alapam. Cui cum monachus alteram verteret maxillam, diabolus, non ferens tantam humilitatem, omnino reliquit puellam. — Ex hiis colligimus diabolum magis timuisse huius monachi humilitatem quam antedicti monachi virginitatem.

76. (O m. XVI. C o p p. I, 140). Merito ergo ex peccatoribus plurimi vipereo semini comparantur, dum malorum parentum suorum opera imitantur. Cum parentes possessiones et pecunias de furto, de usura, de rapina vel fraude conquisitas sub titulo hereditario liberis suis relinquunt, quasi virus malicie sue eisdem infundunt. Vipera [2]) dictum est quod vi pariat; nam cum venter eius ad partum ingemuerit, catuli non expectantes nature solucionem corrosis eius lateribus vi erumpunt. Fertur eciam quod tempore concepcionis masculus ore inserto femine semen exspuat, illa autem ex voluptate libidinis in rabiem versa caput maris ore recepto precidat. Ita fit, ut parens uterque pereat: masculus, cum coit, femina, cum parit. — Dum vir ab uxore, quomodo per usuras et possessiones inique collectas liberos ditare possint, consilium accipit, quasi caput in os femine mittit semenque vipereum quasi in

4 non t. spiritus sanctus, sed spiritus err. M [1] T [2]; v g l. D i a l. — 17 qu. magorum s. M [1] T [2]. — 20 vertisset M [4] T [4].

74. Vgl. Dial. mirac. IV 5.

75. Aus Vitae patrum V 15, 14 = Migne, Patr. lat. 73, 956. J. A. Herbert, Cat. of romances III 66, 74 (Odo von Cheriton). J. Th. Welter, Speculum laicorum nr. 442. Carl Reinholdt, Die Wundergeschichten des Cod. Pal. germ. 118, Diss. Greifswald 1913, nr. 32.

[1]) Rom. 10, 15.

[2]) Ueber die Viper vgl. den Auszug aus dem Physiologus bei Jacobus de Vitriaco, Hist. occid. (Duaci 1597), p. 188.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

guttur eius exspuit, dum conceptam voluntatem illi efficaciter exponit. Et fit sepissime, ut uxor tali consilio audito tum amore liberorum tum amore diviciarum quasi in rabiem versa, hoc ut fiat, omnibus modis maritum instigat, malens caput, id est animam, eius precidere quam tali modo filios et filias non hereditare. Sed quid faciunt filii de tam vipereo semine concepti? Post mortem patris sepissime pulsant et corrodunt propter ipsas divicias latera matris et in tantum, ut quandoque ex impaciencia tempus dissolucionis eius expectare non valentes matrem de ipsa hereditate eiciant et proprias uxores introducant. Quidam talium filiorum nuper dixisse fertur: „Omnia quidem credere possum, sed matres mori posse credere non possum". Qui huiusmodi sunt, audiant rem illam terribilem, que ante annos decem in provincia nostra contigit; quodsi tunc forte noverunt, ad memoriam reducant.

Es folgt Nr. 77.

77. (Om. XVI. Copp. I, 141). Miles quidam Henricus nomine, de Mosella oriundus, matrem viduam frequenter precibus importunis pulsabat, ut feoda, allodia sive alias, quas habebat adhuc in sua manu, possessiones sibi libere contraderet, quatinus diviciarum gracia honestiorem ducere posset uxorem, matri plurima bona promittens. Illa maliciam serpentinam in filio suo non intelligens, precibus eius annuit. Ille vero celebratis nupciis matrem expulit, nichil ei tribuens. Accidit, ut die quadam sederet ad mensam cum uxore, habens ante se pullum assum. Interim matre ad ostium pulsante, cum eius vocem intellexisset, ait puero: „Pone scutellam in cista, donec diabolus recedat", matrem sic vocans. Que cum ab eo exasperata cum fletu recessisset, precepit servo, ut pullum referret. Mira res: cum puer cista aperta introspexisset, nichil vidit in scutella preter serpentem maximum. Qui territus nunciavit hec domino suo. Ille putans sibi a servo illudi, misit ancillam. A qua cum similia audisset, furibundus surrexit dicens: „Eciamsi diabolus fuerit, ego vadam et tollam eum". Veniens autem ad archam, cum se inclinasset ad pullum tollendum, insilivit in eum serpens, collo eius tam fortiter se colligans, ut nulla arte, nulla vi posset avelli. Si forte aliqua adhibebantur instrumenta, ita eum stringebat, ut vix posset spirare. Simile faciebat, si ei cibus sufficiens negabatur, os suum ori militis continuans. In carruca positus, matre ex compassione comitante, spe liberacionis ducebatur ad sanctorum limina, populis ubique miserabile prebens spectaculum. Merito per serpentem punitus est, quia vipere naturam imitatus est.

78. (Om. XVI. Copp. I, 141). Temporibus nostris in civitate Parisiensi erat usurarius quidam ditissimus Theobaldus nomine.

16 in potestate sua poss. M^4T^4. — 22 ante ostium M^4T^4. — 25 cistam apertam T^2.

77. Vgl. Dial. mirac. VI 22, wo es zum Schluß heißt: Nam tredecim anni sunt elapsi, plus minus, ex quo ista contigerunt. Thom. Cantipr., Liber de apibus II 7 § 4. Bolte-Polivka, Anm. zu den Kinder- u. Hausmärchen der Brüder Grimm III, Leipzig 1918, S. 167. Bolte's Anm. zu Pauli, Schimpf und Ernst Nr. 437. Schönbach III (s. oben S. 64), S. 23.

78. Vgl. Dial. mirac. II 33.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Hic cum haberet possessiones plurimas infinitasque pecunias de usuris congregatas, ostensa sibi via, qua fugeret a ventura ira, multum compunctus venit ad magistrum Mauricium, eiusdem civitatis episcopum [1]), eius submittens se consilio. Sed nimis fervens in edificacione monasterii beate Dei Genitricis episcopus consuluit, ut pecuniam suam ad structuram inchoati operis contraderet. Qui, huiusmodi consilio aliquantulum sibi suspecto, venit ad magistrum Petrum Cantorem [2]), verba episcopi ei insinuans. Cui Cantor respondit: „Non est hoc bonum consilium, sed vade et fac clamari per totam civitatem sub voce preconis, quia paratus sis restituere omnibus, a quibus aliquid supra sortem accepisti". Factumque est ita. Veniens ad magistrum rursum ait: „Domine, omnibus teste consciencia omnia ablata restitui et adhuc supersunt plurima". Et ille: „Modo" inquit „poteris dare elemosinam securus".

79. (Om. XVII. Copp. I, 144). Cum esset apud nos novicius quidam Albertus nomine de Brûle [3]), quondam canonicus maioris ecclesie in Colonia, et conquereretur magistro suo quod in confessione non posset reducere ad memoriam omnia peccata sua, respondit ille: „Notate in cedula peccata vestra". Et novicius: „Liber octo quaterniorum peccata mea capere non posset". Erat enim ab ineunte etate totus deditus luxurie, verba ociosa, impudica, scurrilia et risum movencia multum amans. Cum adhuc esset iuvenis, habebat matrem Pingvie [4]) in monasterio sancti Ruperti [5]) conversam. Que pro filii salute sollicita, cum beate Hildegardi [6]), eiusdem cenobii matri, tempore quodam cum dolore dixisset: „O domina, quid fiet de filio meo Alberto, qui tam mirabilis est et tam instabilis?", respondit sancta: „Tandem salvabitur". Quod verbum occasio ei fuit multorum peccatorum, non recordans scripture dicentis: 'Maledictus, qui peccat in

2 aggregatas M⁴T⁴. — 6 op. traderet M⁴T⁴. — 9 clamare M¹T². — 11 super sortem T². — 14 securius M¹T²; secure Dial. — 16 Brule M⁴, Buile T⁴. — 22 habuit T⁴. — 23 Ruberti M⁴T⁴. — 24 Hildegaldi M⁴T⁴. — 26 sancta Hildegaldis: Tandem M⁴.

79. Vgl. Dial. mirac. VII 55 (verkürzt).

[1]) Maurice de Sully, Bischof von Paris seit 1160, gest. 1196.

[2]) Ueber magister Petrus Cantor Parisiensis, gest. 1197, vgl. Jacobus de Vitriaco, Hist. occid. (Duaci 1597), p. 280 ff. Caes., Libri mirac. I 4. M. Grabmann, Geschichte der scholast. Methode II, S. 478 ff. M. Manitius, Geschichte der latein. Literatur des Mittelalters III, S. 159 ff. J. Greven, Die Exempla aus den Sermones feriales et communes des Jakob von Vitry, Heidelberg 1914 = Sammlg. mittellat. Texte 9, Anm. zu Nr. 36 S. 26.

[3]) Brühl zwischen Köln und Bonn.

[4]) Bingen.

[5]) Rupertsberg.

[6]) Ueber Hildegard von Bingen (1098—1179) vgl. u. a. F. W. E. Roth, Beitr. z. Biogr. der H. v. B. sowie zur Beurteilung ihrer Visionen, in Zeitschr. f. kirchl. Wiss. IX (1888), S. 453 ff. Thorndike, A history of magic, II, London 1923, p. 124 ff. Hauck, Kirchengeschichte Deutschlands IV³ (1913), 417 ff. J. Bernhart, Archiv für Kulturgeschichte 20 (1930), 249 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

spe'[1]). In senectute tactus apoplexia timore mortis venit ad ordinem et non multo post eadem preventus infirmitate defunctus est. In quo sepius vidimus lacrimas et signa compunccionis vel contricionis ita, ut bona spes sit de eius salvacione.

80. (Om. XVII. Copp. I, 147). Beata Scolastica moriens mox celos in specie columbe penetravit[2]). Germanus Capuanus episcopus in spera ignea in celum via directa ascendit[3]); ecce quam recta. Quod eadem via brevis sit, monachus quidam[4]) nuper in ordine nostro moriens et cuidam amico suo post mortem apparens, cum de statu suo sciscitaretur, hiis verbis ostendit dicens: „Nunquam sagitta tam cito venire potuit ad locum destinatum, sicut anima mea fuit ante Dominum." Quadraginta enim annis sudaverat sub iugo ordinis. Item quod amena sit et recta, testis est Gregorius, qui sancto Benedicto[5]) morienti viam scribit palliis stratam, lampadibus choruscam et recto orientis itinere ab eius cella ad celum usque protendentem.

81. (Om. XVII. Copp. I, 148). Quidam ex sacerdotibus nostris, sicut ex eius ore audivi, cum nocte quadam in sompnis fragilitatem carnis passus fuisset et facta confessione psalmum sibi iniunctum dicere neglexisset, eadem die circa loca genitalia tantum sensit ardorem, acsi ardentes illic teneret urticas. Expavit, manu, quid esset, exploravit, sed nichil invenit. Tunc primum recordatus culpe simulque penitencie iniuncte psalmum repetivit et mox dolor inflictus conquievit. — Si nos obliviscimur penitencie, Deus oblivisci non potest vindicte: ecce! scripta est ante eum (*Is. 65, 6*).

82. (Om. XVIII. Copp. I, 119). Tales hodie sunt principes nostri, advocati nostri, iudices provinciarum, illis merito assimilandi, quos venerabilis Baptista vipereo semini comparavit (*Matth. 3, 7*). Et quia

3 comp. vel fehlt M^4T^4. — 5 Scholastica T^2. — 7 directe M^1. — 11 ante deum M^4T^4. — 13 quod eadem via amena M^4. — 15 procedentem M^1T^2. — 20 eadem nocte circa M^4. — 23 iniuncte fehlt M^1T^2.

31. Vgl. Dial. mirac. III 4.

32. Vgl. Dial. mirac. VIII 66 (wo die Quelle nochmals benutzt ist). Quelle von Cäsarius ist der Bericht eines Neußers, von dem die Historia expeditionum in terram sanctam cap. 3 (bei Waitz, Chronica regia Coloniensis S. 341 f.) und die 3. Fortsetzung der Kölner Königschronik (eb.

[1]) Ich habe die Stelle nicht ermittelt.

[2]) Zum Tode der h. Scholastica, Schwester des h. Benedictus, vgl. Gregor, Dial. II 34 = Migne, Patr. lat. 66, 196; ed. Moricca (Fonti per la storia d'Italia), 1924, S. 127.

[3]) Zum Tode des Bischofs Germanus vgl. Gregor, Dial. II 35 = Migne, Patr. lat. 66, 198; ed. Moricca S. 129.

[4]) Vgl. Dial. mirac. XII 45.

[5]) Zum Tode des h. Benedictus vgl. Gregor, Dial. II 37 = Migne, Patr. lat. 66, 202; ed. Moricca S. 132: „Viderunt (duo fratres) namque quia strata palliis atque innumeris corusca lampadibus via recto orientis tramite ab eius cella in celum usque tendebatur".

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tales hodie pro Christi amore in remissione tantorum peccatorum cruce signantur, non abs re voce demonstrativa Johannes tanta gracia visa oculo prophecie usus est dicens: 'Ecce qui tollit peccata mundi' (*Joh. 1, 29*) . . . Quia Christus agnus est, in cunctis necessitatibus vestris vos agnoscet; quia vir est, contra crucis inimicos viros vobis impendet. Agnus dicitur ab agnoscendo, vir a virtute. Unde tanta victoria anno preterito crucesignatis ante castrum Alcazer [1]) contra quatuor reges Sarracenorum et exercitum eorum infinitum dimicantibus nisi ex potencia viri huius? Cum captivi Sarraceni per turbam christianorum ducerentur, querebant signa victorum, asserentes candidissimam aciem cruces rubeas in pectore gerentes suorum multitudinem in fugam convertisse.

83. (Om. XVIII. Copp. I, 120). Magister Oliverus scolasticus Coloniensis, cum accepisset in mandatis a domino Innocencio papa predicare crucem in archiepiscopatu Coloniensi, diversis provinciis lustratis venit in Frisiam, cupiens per suum ministerium eciam ibi manifestari gloriam Jhesu. Qui cum eandem gentem verbis commotivis satis baptizasset, duros tamen ad obediendum signacioni invenisset, desperatus cogitabat redire. Et ecce! due cruces celitus apparuerunt in aere, ita ut ab omnibus viderentur, qui erant in stacione. Quidam testati sunt ipsum Salvatorem se in cruce vidisse. Ex quibus visionibus populus ita confortatus est, ita letificatus, ut maxima multitudo ex utroque sexu et diverse etatis signarentur. Sic Jhesus manifestatus est in gente Frisonum, que meruit esse Israel sic videndo Deum. Huius rei testes sunt dominus abbas noster [2]) et infirmarius noster [3]), qui tunc temporis presentes erant et viderunt oculis suis.

84. (Om. XVIII. Copp. I, 120). Beato Maximiano, Jherusolomitano episcopo, baptizante sanctum Basilium Cesa-

7 Alcar M [4] T [4]. — 11 in f. vertisse M [4] T [4]. — 18 comm. copiose bapt. M [4] T [4].

S. 240 ff.) abhängig sind. Vgl. J. Greven, Annalen 99 (1916), S. 11 ff., 32 ff. „Auf Grund eines Mißverständnisses und aus vorgefaßten Gedanken heraus hat Caesarius seine Wundergeschichte von der Schlacht bei Alkazer gebildet" (eb. S. 19).

83. Ueber den Vorgang berichten Briefe des Scholasters Oliver, die dieser selbst in seiner Historia Damiatina cap. 9 ausgeschrieben hat, von der wieder Dial. mirac. X 37—39 (danach unten Nr. 256—258) abhängig sind. Vgl. Hoogeweg, Die Schriften des Kölner Domscholasters, späteren Bischofs von Paderborn und Kardinal-Bischofs von S. Sabina = Bibl. des Lit. Vereins in Stuttg., Bd. 202, Tübingen 1894, S. 284 ff. und 174.

84. Vgl. Vita s. Basilii cap. 4 = Migne, Patr. lat. 73, 299.

[1]) Sieg der Christen bei Alcazer do Sal in Portugal, unweit der Mündung des Rio Sado in den Meerbusen von Setubal, im Jahre 1217.

[2]) Heinrich Abt von Heisterbach. Vgl. Hoogeweg, Der Kölner Domscholaster Oliver als Kreuzprediger 1214—1217, in Westdeutsche Zeitschr. VII (1888), S. 255.

[3]) Winand, Mönch von Heisterbach.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

riensem, futurum antistitem, fulgur ignis venit super eos et columba ex eodem fulgure venit in Jordanem et turbans aquam revolavit in celum.

85. (Om. XVIII. Copp. I, 120). Similiter sanctus Cuniber-tus, Coloniensis archiepiscopus, cum die quadam in ecclesia sanctarum undecim milium Virginum immolaret hostiam salutarem, astante clero et populo columba splendidissima super caput eius descendit ac deinde ad sepulchrum cuiusdam virginis volitans disparuit.

86. (Om. XVIII. Copp. I, 120). Idem contigisse legitur sancto Heriberto, eiusdem urbis presuli, licet alio modo.

87. (Om. XVIII. Copp. I, 120). Cum sanctus Remigius baptizaret Clodoveum, regem Francorum, columba nive candidior descendit super baptisterium, ampullam crismate plenam rostro deferens. —Ecce! super omnes istos Spiritus sanctus in specie columbe descendit, sed non super eos mansit. Super Christum descendit et mansit, quia tocius gracie pinguedine solus plenus fuit.

88. (Om. XVIII. Copp. I, 121). Occasione huius visionis mirifice replicabo visionem valde gloriosam, quam nuper in ordine nostro veraciter intellexi contigisse. Locum et personam non prodam, ne sancto viro inveniar aliquam incutere verecundiam. Que dicturus sum, ab ipso accepi, ymmo cum magnis precibus extorsi [1]). Cum ex officio in sollempnitatibus interim, dum chorus decantaret ymnum 'Te Deum laudamus', circuiret et secundum consuetudinem in chorum conversorum ad excitandum eos diverteret, frater quidam sanctus et supra modum religiosus [2]) contemplabatur columbam candidissimam de cruce, que erat super altare conversorum, in verticem eius descendere, in quo multum quiete tam diu sedebat, donec circuitis universis de choro exiret. Tunc avolans reversa est super crucem. Et cum ymno finito inciperet leccionem ewangelicam, volavit supra quandam columpnam analogio [3]) proximam, illic sedens et auscultans sacreque leccioni aurem

10 urbis antistiti, licet alio in loco M [4] T [4]. — 12 b. Lodewicum M [4].

85. Quelle ist eine Fassung der Vita Cuniberti, die dem Text 1 B (Catalogus codicum hagiograph. Bruxell. I, 1, 245 c. 3) am meisten entspricht, hier und da aber der Fassung 2 (Surius VI, 1575, S. 275) näherstand. Ueber die Fassungen vgl. M. Coens, Anal. Bolland. 47 (1929), 338 ff. Dazu W. Levison, Das Werden der Ursula-Legende, Köln 1928 (= Bonner Jahrbücher 132), S. 37 Anm. 1.

86. Vgl. Lantberts Vita Heriberti c. 8 (MG. SS. IV, 746, Z. 4 ff.). Heribert war Erzbischof von Köln 999—1021.

87. Vgl. Hincmar von Reims, Vita Remigii c. 15 (MG. Scriptores rerum Merov. III, 296 f.).

88. Vgl. Dial. mirac. VIII 37 (abgekürzt).

[1]) Aber im Dial. mirac. heißt es: Cum dominus Hermannus abbas esset in Claustro et ... circuiret etc.

[2]) Henricus conversus (Dial. mirac.; vgl. auch V 5).

[3]) Kanzel.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

diligentissime adhibens. Qua perlecta iterum rediit ad crucem. Et testatus est iustus ille in verbo veritatis, Deum testem invocans, sepius se vidisse eandem columbam in vigiliis festivis maxime in brachio crucis sedisse. Et quociens venerabilis abbas — hoc enim officio fungebatur et adhuc fungitur — chorum intravit, columba parata festine super caput eius descendit, tantum ibi creans strepitum percussione alarum, tantum splendorem nitore pennarum, ut ab omnibus potuisset audiri, ab universis videri, si tamen datum eis fuisset tantam gloriam audire vel videre. Nec ipse quidem abbas sensit tunc motum aliquem corporalem. Puto, ymmo credo columbam sepedictam non avem fuisse mortalem, sed signum gracie spiritualis. Requisitus idem beate memorie conversus in confessione, ubi ista recitabat, de hora, qua columba capiti eius illabi solebat, respondit: „Frequencius, quando transiens ante altare nostrum profunde, sicut moris est, inclinat". Est enim consecratum in honore sancti Johannis Baptiste, qui visionem, de qua materiam sumpsi de Christo, videre meruit [1]). — Ex hiis colligitur humilem, profundam ac devotam inclinacionem corporis Deo multum placere. Inclinent ergo monachi profunde Deo, non solum capita, sed et dorsa sua, ut graciam descendentem copiosius excipiant. Quodsi in hac virtute forte negligentes ac tepidi fuerint, terrere poterit, quod subiungam.

Es folgt Nr. 89.

89. (Om. XVIII. Copp. I, 121). In ecclesia Bunnensi [2]) canonicus quidam fuit, qui frequenter sanctimoniales in Ditkirgin [3]) visitare consuevit. Et sicut exitus probavit, eadem visitacio erat magis levitatis quam devocionis. Quociens eum necessitas ire compellebat per monasterium, erecto incedebat collo, ante altaria beatissimorum Johannis Baptiste et principis apostolorum Petri, qui eiusdem ecclesie sunt patroni, non eis inclinans, nichil orans neque aliquid eis reverencie exhibens. Quadam nocte in sompnis apparuit ei venerabilis Baptista Domini, hiis verbis eum terribiliter alloquens: „Et tu, iniquissime, tociens transiens coram altari meo, nunquam aliquid michi honoris impendisti." Et levato pede in latere eum tam valide trusit, ut tam ex dolore quam ex terrore evigilaret. Ab illa enim hora infirmari cepit et dolore in ydropisim verso post aliquot dies defunctus est. Et si vultis scire, Johannes erat nomen eius. Fortassis ex hoc ipso amplius movebatur sanctus, quod nec ipsa nominis equivocacio aliquam sui memoriam in corde eius excitaverat. — Unde, fratres, libenter ac devote sancti Johannis, precursoris Domini, commemoracionem

6 ibi mox excitans strep. M^1T^2; vgl. Dial. — 8 ab omnibus vid. M^1T^2; vgl. Dial. — 14 sicut ei mos est incl. Est autem cons. M^1T^2. — 17 corporis fehlt M^1T^2. — 24 Dytkirgyn M^4, Dickirchen M^1T^2. — 32 tr. ante altare meum M^4T^4.

89. Vgl. Dial. mirac. VIII 52.

1) Joh. 1, 32.
2) Bonn.
3) Frauenkloster Dietkirchen vor Bonn.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

faciamus, sicut et facimus, quia Dominus Deus multum nos et locum nostrum per eius reliquias letificavit, promovit, honoravit. Que qualiter ad nos devenerint vel que Deus per eas apud nos egerit, ad posteriorum memoriam huic loco inseram.

Es folgt Nr. 90.

90. (Om. XVIII. Copp. I, 122). Henricus de Ulme[1]), miles honestus, cum plurimas reliquias preciosissimas, capta urbe Constantinopolitana, de monasterio sancte Sophie tulisset, quibus terram nostram locupletavit, dentem eciam beati Baptiste Johannis ibidem repperit. Quem in tantum dilexit, ut ceteris reliquiis distributis ei in capella castri sui edificaret altare et ibi eum perpetuo reponendum proponeret. Interim a Warnero de Bonlant[2]) capitur, datis tamen obsidibus ad germanam suam magistram in Insula sancti Nicolai[3]) venit, ad cuius instantissimam peticionem, eo quod mater ipsorum apud nos fuisset sepulta, eundem dentem nobis obtinuit. Missus est pro eo supprior noster et ego cum eo. Henrico ex promisso in captivitatem reverso, una sororum in sompnis huiusmodi vocem audivit: „Mox ut dens venerit ad Vallem sancti Petri[4]), a vinculis et captivitate liberabitur Henricus". Quod ita factum est. Non multo post Henricus, comes Seynensis[5]), venit ad nos, secum ducens militem provecte etatis, totum freneticum et, sicut multis visum est, a demone obsessum. Ad cuius peticionem infirmus sepedicto dente tactus et signatus est. Vix illis egressis de monasterio ad iactum sagitte miles bene et plene convaluit,

12 Wernero M[4] T[4]. — Bonilant T[4]. — 22 demonio M[1].

90. Vgl. Dial. mirac. VIII 54.

[1]) Ueber Heinrich von Ulmen s. Kaufmann, Caesarius [2] S. 12 u. 13. Chronica regia Colon., contin. III a. 1203 (ed. Waitz, S. 228). Gesta Trev. cont., SS. XXIV, S. 392. Beyer u. a., Urkundenbuch zur Geschichte der mittelrheinischen Territorien II, S. LXXXIV. R. Röhricht, Die Deutschen im Heiligen Lande, Innsbruck 1894, S. 94. Vgl. auch Dial. mir. IV 30 über die bei der Einnahme Konstantinopels 1204 erbeuteten Reliquien.

[2]) Werner III. von Bolanden, Reichsministeriale und Reichstruchseß, an Macht selbst mit Fürsten wetteifernd, gest. 1221/22. Vgl. J. Ficker, Die Reichshofbeamten der staufischen Periode (Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der Wiener Akad. 40, 1862, S. 475 f.); E. Winkelmann, Allg. Deutsche Biographie III (1876), 95; ders., Philipp v. Schwaben u. Otto IV. von Braunschweig I, 591, II, 562; ders., Kaiser Friedrich II., B. I, 579. Vgl. ferner Dial. mirac. X 19.

[3]) Stuben, Augustinerinnenkloster, auf einer Insel der Mosel bei Neef (Kreis Zell), zwischen Bernkastel u. Kochem, gestiftet 1138; vgl. W. Fabricius, Erläuterungen zum geschichtlichen Atlas der Rheinprovinz V, 2, S. 202 f. Siehe auch Dial. mirac. VIII 50. IX 9 und über die Reliquien Beyer, a. a. O. II, 275 Nr. 235 mit Goerz, Mittelrheinische Regesten II, Nr. 1050.

[4]) Heisterbach.

[5]) Heinrich III. Graf von Sayn († 1247); vgl. z. B. Winkelmann, Philipp u. Otto I, S. 367, Anm. 1.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

adhuc in eadem, sicut audivimus, perseverans sanitate. Est enim idem dens pulcher et magnus, utpote molaris, tria habens cornua in figuram summe Trinitatis.

91. (Om. XVIII. Copp. I, 125). Apud nos adolescens quidam Wilhelmus nomine, sancte vite et nobilis sanguine defunctus est. 'Consummatus in brevi explevit tempora multa. Raptus est, ne malicia mutaret intellectum illius' (*Sap. 4, 13, 11*). Post paucos dies apparens cuidam diacono, confratri suo, cum ab eo sciscitaretur, in quali statu esset vel quomodo haberet, respondit: „Male, quia in penis sum." Quo audito flevit uberrime, sciens eum puerum fuisse bonum, mansuetum, ferventem in ordine et adhuc virginem corpore, dixitque: „Si tu es in penis, quid fiet de me peccatore meique similibus?" Cui ille in hec verba respondit: „Noli flere, quia nullas alias sustineo penas nisi quod nondum vidi Deum", carenciam divine visionis penas reputans. Et adiecit: „O quam clarum erit, quod statim Deum videbit! Monete" inquit „dominum abbatem, ut oraciones pro me in capitulo instituat, et ego liberabor". Addiditque: „Dicite eciam ei ex parte mea, ut collectam pro me per se ipsum dicat". Et cum ille interrogaret, de quo sancto eadem collecta esset dicenda, respondit: „De sancto Michahele". Mane frater abbati per ordinem exposuit visionem et abbas multum devote fratribus omnibus per dies septem pro eo iniunxit oracionem, videlicet psalmum 'Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum' (*Ps. 41, 2*), insuper missam de sancto Michahele, electarum animarum ductore, ipsa die pro eo decantans. Mira Dei clemencia: finitis oracionibus dominus Conradus, nunc prior Loci sancte Marie[1]), dum staret in choro nostro in laudibus et psalmus cantaretur 'Deus meus, ad te de luce vigilo' (*Ps. 62, 2*), infra spacium unius versiculi oculis eius gravatis sompno contemplatus est dominam nostram Dei Genitricem ante gradum presbiterii stare et predictum iuvenem sub pallio, quo circumdata erat, tenere. Qui cum magna iocunditate in hanc vocem erupit: „Hodie liberatus sum."

5 sanguine genere def. M^4T^4. — 13 Nolite fl. M^1T^2; vgl. Dial. 91. Vgl. Dial. mirac. XII 37.

[1]) Konrad, Prior von Marienstatt, der auch Dial. mirac. VIII 86 und IX 16 genannt wird.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

2) Aus den 64 Sonntagshomilien = Catal. nr. 18[1]).

Hss. *GHLM*[3] *M*[4] *T*[4]. Sie zerfallen in die Gruppen M[4] T[4] und GHL M[3] (davon sind GHL und unter diesen wieder GL enger verwandt).

Druck: Coppenstein II und III.

92. (O m. I. C o p p. II, 1). Cuculla monachi vestis nupcialis est; habet enim formam crucis, per quam Christo copulata est ecclesia. In hac veste monachus divina celebrat et communicat, dormit et manducat moriensque sepelitur. Et merito; nam cum quidam monachus nuper maxima urgente necessitate, sicut alibi (*vgl. Nr. 231 = Dial. mirac. XI 36*) plenius dicemus, sine cuculla moreretur, negatus est ei ingressus paradisi. Qui tandem ad multorum sanctorum peticionem iussus est ad corpus redire sicque recepta veste nupcias intrare. Quod et fecit. — Mos siquidem erat et adhuc est feminis Iudeorum in vestibus suis nupcialibus ad hoc reservatis sepeliri[2]).

93. (O m. I. C o p p. II, 2). 'Et erat mater Jhesu ibi' (*Joh. 2, 1*). Nec immerito. Universa monasteria ordinis C i s t e r c i e n s i s in eius honore constructa sunt atque dedicata. Quid ergo mirum, si in illorum conversione, professione et disciplina presens est suffragio et auxilio, qui se illius speciali mancipaverint obsequio? Cum ante annos paucos bone indolis adolescens apud nos esset in probacione, beata Dei Genitrix vidente quodam alio novicio eque religioso, qui adhuc superest, per fenestram celle clara die introspiciens sic ait: „Ubi est filius meus W i l h e l m u s ?" Hoc enim nomen novicio erat.

94. (O m. I. C o p p. II, 2). Licet pro omni ecclesia beata Virgo sollicita sit, specialem tamen curam pro eis gerere videtur, qui sibi specialius deserviunt. Hinc est quod quodam tempore in C l a r a v a l l e eciam presente abbate a quodam perfecto monacho capitulo presidere visa est. Ipsa, ut ei videbatur, tacente abbate fratribus pro suis excessibus veniam petentibus, ut surgerent, imperavit, satisfaccionem indixit, impacienter respondentibus durum, mansuetis vultum exhibens iocundum.

8 intravit G. — 15 mancipaverit M[4], manciparunt T[4]. — 18 die respiciens M[4] T[4]. — 21 specialiter t. H M[4] T[4]. — 22 Clarevalle M[4]. — 25 s. dixit G L.

94. In Herberts erweitertem Liber miraculorum cap. 46 (nicht bei Migne, Patr. lat. 185); vgl. G. Hüffer, Der h. Bernard von Clairvaux I (Münster 1886), S. 162, Anm. Exordium magnum Cist. III 29 = Migne, Patr. lat. 185, 1091.

[1]) Verfaßt nach dem Dialogus miraculorum (1219—1223) und vor den Libri miraculorum (1225—1226), vollendet im Jahre 1225; vgl. J. Greven, Annalen 102 (1918), S. 30 ff.

[2]) Heute kaum noch gewahrt (doch wird der Toten mitunter der Brautschleier beigegeben), eher noch bei christlichen Frauen Ostdeutschlands, z. B. Schlesiens.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

95. (Om. I. Copp. II, 5). Beate memorie Sophie, abbatisse de Hovenne[1]), tenuis cerevisia, que modicum ab aqua differt, bis conversa est in vinum.

96. (Om. I. Copp. II, 5). Idem ob merita sancte Dei Genitricis contigit eciam ante conversionem venerabili monacho Waltero de Birbech[2]). Hic cum in amore eiusdem Virginis nimium ferveret et in omnibus vigiliis sollempnitatum eius in pane et aqua ieiunaret, die quadam unus ex ministris aquam in vase fictili secrecius illi apposuit propter convivas. Que mox in vinum optimum conversa est. De quo cum gustasset, iratus servum vocavit et arguit. Illo asserente quod aqua esset, secundo ad fontem abiit et hausit, in qua et Deus miraculum iteravit. Tunc adiuravit servum, ne cui diceret, quoad viveret, laudem vitans humanam. Iste est frater Arnoldus, qui cum eodem Waltero conversus est, vir bonus et sanctus. Qui cum moriturus esset, iam dictum miraculum ad honorem Christi eiusque Genitricis in confessione sua recitavit.

97. (Om. I. Copp. II, 5). Cum quidam canonicus maioris ecclesie in Colonia in extremis ageret, ciphum vini sibi dari petivit; erat enim bibulus valde. Quem cum ad os poneret, sic ait: „Bibe, misera anima, bibe, quia sathanas post modicum in inferno potabit te".

98. (Om. I. Copp. II, 5). Qualis sit potus infernalis, subiecto patebit exemplo. In provincia nostra vir quidam erat militaris, ita totus deditus vino, ut diversarum villarum dedicaciones quereret, sperans quod bonum vinum illic inveniret. Erat autem nomen viro Rûdgerus. Qui cum moriturus esset, adiuravit eum filia sua dicens: „Rogo te, pater, ut intra hoc tricenarium michi appareas et de statu tuo me certifices". Cui ille: „Si michi licuerit, peticioni tue satisfaciam". Mortuus est homo et infra statutum tempus visibiliter apparens filie vas modicum, quod vulgo crûsillinum[3]) vocatur, in quo et ipse in tabernis bibere solebat, manu gestavit. Cui cum illa diceret: „Quomodo habes, pater?", respondit: „Male, quia in maximis sum penis". Et puella: „Quid est, quod portas in manu?" Respondit: „Potus meus est ex

6 de Wirbech M[3]. — 20 an. mea bibe G. — 22 vir fehlt HM[4]. — 24 Rüedegerus M[3], Rûdegerus H, Rudengerus T[4], Rodengerus M[4]. — 26 tricesimum M[4]. — 29 crusillinum HM[4].

95. Vgl. Dial. mirac. X 16.
96. Vgl. Dial. mirac. VII 38.
98. Vgl. Dial. mirac. XII 41.

[1]) Nonnenkloster des Cisterzienserordens Hoven bei Zülpich. Vgl. zuletzt P. Heusgen, Geschichte des Dorfes und Klosters Hoven bei Zülpich, Euskirchen 1931.

[2]) Ueber Walther von Birbech (Bierbeek bei Löwen, oder Bierbais bei Hévillers, arr. Nivelles, cant. Perwez, beide in Brabant) vgl. Kaufmann, Annalen LIII (1891), S. 32.

[3]) Krause (Trinkgefäß), mhd. krûse.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

igne, pice atque sulphure confectus. Indesinenter ex hoc vasculo bibo, sed illud evacuare non valeo". — Unde, fratres, contristare nos non debet, si nobis modo appositum fuerit vinum, quod monasterio forte crescit deterius, quia Jhesus reservavit nobis vinum bonum, vinum novum usque in futurum.

99. (O m. II. C o p p. II, 8). Accidit tempore quodam, ut H e n r i c u s, germanus regis F r a n c i e, veniret in C l a r a m v a l l e m, locuturus beato B e r n a r d o super quodam seculari negocio; totum eciam conventum visitans, illius se oracionibus commendavit. Cui venerabilis abbas inter cetera vite salutaris monita respondit: „Confido in Domino te non moriturum in eo, in quo nunc es, statu, sed velociter experimento probabis, quantum tibi istorum prosit oracio, quos expetisti". Quod eodem die probatum est non sine multorum admiracione, de tanti iuvenis exultantes conversione. Et tanquam mortuum cernerent, ita eum sui lugebant et inconsolabiliter eiulabant.

100. (O m. II. C o p p. II, 8). Hoc sepe vidimus et frequencius audivimus, ut, dum quidam facto voto irent disponere de rebus suis, ita sunt impediti et irretiti, ut non solum non reverterentur, sed prorsus averterentur. Ita nuper apud nos cuidam contigit adolescenti. Qui cum venisset ad domum nostram cum domino suo, viro honesto, ita in conspectu conventus edificatus est et accensus, ut ad illius peticionem ei promitteretur ingressus. Mox tendens ad provinciam suam, ut se prepararet, ita operante diabolo per suos cognatos est aversus, ut eciam matrimonio eum ligarent, ne redire posset.

101. (O m. II. C o p p. II, 10). Cum quodam tempore inter sanctimoniales loquerer de gloria virginitatis et hortarer illas ad graciarum accionem, una de adultis respondit: „Ut quid Deo referrem gracias de hoc, quod habeo?" Et ego: „A Deo hunc thesaurum habetis, et, nisi ipse illum custodiat, retinere non poteritis". Quodsi iusti iustificatis in ordine fuerint fervenciores, longe illos transcendunt.

102. (O m. II. C o p p. II, 12). Notate quod Jhesus non dicit: 'Vade, ostende te' turbis vel levitis, sed 'sacerdoti' (*Matth. 8, 4*). In quo habemus exemplum evidens quod solis sacerdotibus facienda sit confessio [1]). Et merito; ipsis enim solis potestas ligandi atque solvendi a Jhesu collata est. Modo diaconi atque subdiaconi racione dignitatis sue, non concesse auctoritatis eciam sacerdotes ligant et solvunt. Requisitus de

3 forte f e h l t **GL.** — 6 Hainricus **T**[4]. — 8 Bernhardo **HL.** — 20 in aspectu **M**[4] **T**[4]. — 27 de adulteris **GL.** — deo referam **M**[4]. — 29 Nam si iniusti **G.** — iustificati **GL.**

99. Vgl. Dial. mirac. I 19 aus S. Bernardi Vita prima, l. IV auctore Gaufrido, cap. 3, 15 = Migne, Patr. lat. 185, 330.

[1]) Vgl. A. M. Koeniger, Die Beicht nach Cäsarius von Heisterbach (= Veröffentlichungen aus dem Kirchenhistor. Seminar München, II. Reihe Nr. 10), München 1906, S. 66 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoc Radolfus, scolasticus Coloniensis[1]), vir litteratissimus, respondit: „Archidiaconus, si non fuerit sacerdos, asinum poterit ligare et solvere, non animam". De talibus scriptum est: 'Mortificant animas, que non moriuntur' (*Ezech. 13, 19*), indebite vel iniuste illas excommunicando.

103. (Om. III. Copp. II, 13). Militis cuiusdam uxorem sacerdos proprius violavit. Dictum est militi. Ille cum vir prudens esset nec verbis facile crederet, nullam de hoc mencionem faciens uxori sue sive sacerdoti veritatem voluit plenius experiri; non tamen sine suspicione fuit. Contigit, ut in quadam villa non multum a militis villa remota quidam obsessus esset, in quo demonium tam nequam erat, ut coram stantibus omnia improperaret peccata, que per confessionem veram non fuissent tecta. Quod cum miles ex multorum didicisset relacione, rogavit suspectum sibi sacerdotem, ut ad colloquium quoddam secum ire non recusaret. Et acquievit sacerdos. Cumque venissent simul in villam, ubi obsessus erat, conscius ipse sibi sacerdos versa vice suspicionem cepit habere de milite, nequiciam demonis non ignorans. Timens vite sue, si ab illo proderetur, necessitate nature simulata intravit stabulum ad servum militis pedibusque eius prostratus sic ait: „Rogo te propter Dominum, ut audias confessionem meam". Quem servus pavidus levavit, audiens, que ab illo dicebantur. Facta vero confessione, cum sibi sacerdos iniungi peteret penitenciam, servus prudenter satis respondit: „Quantum" inquit „alteri sacerdoti pro tali crimine iniungeretis, hec sit satisfaccio vestra". Sicque exiens, spe confessionis factus securior cum milite ad ecclesiam venit. In qua demoniosum offendentes, requisitus est a milite in hec verba: „Nosti aliquid de me?" Cui cum demon nescio quid responderet, adiecit: „Et quid tibi videtur de domino isto?" Ad quod respondit: „Nichil de eo scio". Quo dicto mox Latine subiunxit: „In stabulo iustificatus est". Nec aliquis tunc aderat clericorum, qui verbum intelligeret. Mira bonitas Dei: non est permissus diabolus loqui Theutonice verbum hoc, ne miles intelligeret, nec tamen tacere licuit, ut confessionis virtutem sacerdoti demonstraret. Qui non immemor divini beneficii seculum deseruit et in quodam cenobio ordinis nostri religionis habitum suscepit. — Hec michi relata sunt a quodam veraci et antiquo abbate ordinis Cisterciensis.

1 Radulphus T[4], Rodolphus M[4]. — 7 prius viol. M[4]. — 15 Cum pervenissent M[4]. — 20 s. pallidus GHL. — 25 d. ostendentes GHLM[3]. — 31 theotunice G.

103. Vgl. Dial. mirac. III 2. Auch Nr. 219.

[1]) Ueber magister Rudolphus maioris ecclesiae in Colonia scolasticus vgl. Dial. mirac. I 32, 33. IV 26. V 22. VI 5. IX 22. Zusammenfassend über diesen Lehrer des Caesarius (als Domscholaster 1157—1200; vgl. R. Knipping, Die Regesten der Erzbischöfe von Köln im Mittelalter II, Bonn 1901, Nr. 643. 1589) s. besonders J. Greven, Kleinere Studien zu Caes. von Heisterbach, Annalen 99 (1916), S. 27 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

104. (O m. III. C o p p. II, 14). Consuetudo in ecclesia est et multi observant, ut facta confessione aliquod munus offerant sacerdoti quasi in testimonium facte confessionis[1]). Sed valde cavendum est sacerdotibus, ne propter munus peccatori parcant, ne peccata foveant, quia Dominus dicit per Ezechielem: 'Propter pugillum ordei et propter fragmen panis violabant me ad populum meum, ut interficerent animas, que non moriuntur, et vivificarent, que non vivunt' (*Ezech. 13, 19*) et in Ysaia: 'Ve qui iustificatis impium pro muneribus' (*Js. 5, 23*). Quidam veniens ad confessionem cuidam sacerdoti discreto et Deum timenti confessus est illi peccata quedam criminalia. Quem dum sacerdos admoneret, ut peccata confessa desereret, deserta defleret et de cetero emendacius viveret, respondit: „Non possum peccata hec dimittere". Sacerdos hoc audito penitenciam ei iniungere recusavit. Oblatus est ei ab illo nummus. Quem quidem sacerdos recepit, sed in recedentis terga eundem cum clamore proiecit, dicens: „Pecunia tua tecum sit in perdicionem" (*Act. Ap. 8, 20*). Ille vero tam de verbo quam de facto confessoris territus in crastino rediit, iteravit confessionem, penitenciam condignam suscepit et egit. — Multi hodie sacerdotes heu! sunt in ecclesia Dei, qui peccata populi sibi commissi comedunt, muneris gracia illorum excessus dissimulando.

105. (O m. IV. C o p p. II, 15). Quando religiosorum conventus primum mittitur in locum preparatum, raro, immo rarissime contingit, quin flante aquilone, id est diabolo, a quo panditur omne malum[2]), motus magnus fiat in eadem provincia, multis dicentibus quia „ad hoc monachi isti conveniunt, ut nos filiosque nostros exheredent". Timent parentes, ne possessiones filiis vel nepotibus dimisse a monachis comparentur; timent filii, ne parentes morientes illis pro remedio animarum suarum legent hereditates suas sive pecunias. De hiis non est necesse exempla querere de remoto. Cum conventus noster vocatus a domino P h i l i p p o, C o l o n i e n s i archiepiscopo[3]), ascendisset in montem S t r o m b e r c h[4]) quasi in naviculam cum Domino, tantus motus excitatus est in provincia non solum a militibus et rusticis, sed eciam ab ipso comite, ut necessitate compulsi fratres eidem promitterent,

17 reiteravit M^4T^4. — 27 morientes fehlt M^4T^4. — 28 De hiis .. remoto fehlt M^4T^4. — 31 Stromburch T^4, Stronberch L, Stronberchk M^3. — 33 e. permitterent M^4T^4.

104. Vgl. Dial. mirac. III 35.
105. Vgl. Dial. mirac. IV 64.

[1]) Vgl. Koeniger a. a. O. S. 61 ff.
[2]) Jer. 1, 14: 'Ab aquilone pandetur malum super omnes habitatores terrae'.
[3]) Philipp von Heinsberg, Erzbischof von Köln seit 1167, gest. 1191 vor Neapel.
[4]) Der heutige Petersberg im Siebengebirge, den die von Philipp aus Himmerode 1189 berufenen Zisterzienser nach einigen Jahren mit dem milderen Tal von Heisterbach vertauschten. Kaufmann, Caesarius S. 5 ff. u. Annalen XLVII (1888), S. 69 Anm. 1. F. Schmitz, Urkundenbuch der Abtei Heisterbach, Bonn 1908, Einl. S. 1 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quod nulla bona ipsius advocacie attinencia contra eius voluntatem compararent. Et cum huiusmodi fluctibus inter se collidentibus navicula periculose quateretur, verbis admodum duris abbatem suum dominum Hermannum, qui adhuc superest [1]), sepius excitantes dixerunt: „Salva nos, perimus!' (*Matth. 8, 25*). Sine, ut revertamur, quia in hoc loco subsistere minime poterimus. Tante nos premunt adversitates, tante paupertates, ut fides in nobis nutet". 'Ipse autem dormiebat' (*Matth. 8, 24*). Quis? iam dictus abbas, importunas fratrum querimonias et de reditu suasiones dissimulando. Et sicut ipse michi retulit, cum iam de perseverancia desperassent et cottidie illum de reditu molestarent, ipse cum quadam auctoritate surgens pusillanimitatem eorum compescuit, dicens: „Quid timidi estis, modice fidei? (*Matth. 8, 26*). Cessate, cessate, quia nullus vestrum redibit. Confidite quia Dominus oracionibus vestris excitatus cicius quam putatis imperabit ventis et mari et fiet tranquillitas magna" (*Matth. 8, 26*). Quod post annos paucos impletum est, non sine admiracione multorum.

106. (Om. IV. Copp. II, 16). Simile exemplum habemus in conventu, qui a nobis missus est in Locum sancte Marie [2]). Qui cum post mortem fundatorum ab heredibus, personis scilicet magnis atque potentibus, flante diabolo terribiliter nimis concuteretur per rapinas, minas et incendia, Dominus illorum oracionibus excitatus tam terribiliter surrexit ad vindictam, ut infra breve tempus illorum motus compesceret. Nam quidam illorum de suis castris eiecti sunt, alius miserabiliter satis lancea percussus est, alius, cum ad dampna domus armatus properaret, in via suffocatus medius crepuit. Unde quidam nobilis et ipse heres ad monasterium veniens iuri suo abrenunciavit, dicens: „Video quod Dominus et beata eius Genitrix imperent pro vobis; non vos amplius inquietabo". De hiis in Dialogo nostro distinccione septima plenius tractatum est. Mira hominum quorundam vesania: inde dolere, unde gaudendum est. Ut enim taceam de multitudine religiosorum, sepe Deus propter unum hominum toti parcit provincie, sicut plurimis probatur exemplis.

107. (Om. V. Copp. II, 18). Quantum temptent maligni spiritus noviter exeuntes de Egypto vite secularis, quidam noviciorum multis didicerunt experimentis. Cum aliquis venisset ad nos adolescens [3]) et paucis inter nos diebus quiete satis conversaretur, propter litteras

14 putetis GL. — 18 in montes Marie G. — 19 scilicet fehlt M^4T^4. — 25 armatus fehlt GHLM[3]. — 34 novic. plurimis did. M^4T^4.

106. Vgl. Dial. mirac. VII 7 (ausführlicher).
107. Vgl. Dial. mirac. IV 94.

[1]) Abt. Hermann 1192—1196, vgl. Dial. mirac. VIII 91; F. Schmitz, a. a. O. S. 20; Wilkes a. a. O. S. 38 ff.
[2]) Marienstatt, s. oben Nr. 43 u. 91.
[3]) Iuvenis quidam Coloniensis, Richwinus nomine (Dial. mirac.).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cuiusdam femine, cui in seculo familiaris extiterat, flante diabolo, cuius 'anhelitus eciam prunas ardere facit' [1]), tantus motus factus est in corde eius per cogitaciones, tantus in carne eius per libidinosas delectaciones, ut singulis pene horis mergi timens clamaret cum psalmista: 'Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aque usque ad animam meam. Veni in altitudinem maris et tempestas demersit me' (*Ps. 68, 2—3*). Cuius navicula in tantum periclitabatur, ut aliquando corpore in cella probacionis prostrato pedes super limen poneret atque clamaret: „Trahite, demones, trahite; non hinc egrediar nisi violenter extractus". 'Jhesus autem dormiebat' (*Matth. 8, 24*): revera ipsi novicio Dominus dormire videbatur, cui in temptacionibus laboranti succurrere distulerat, cum tamen cottidie tam ipsius quam aliorum fratrum, qui ei compaciebantur, oracionibus excitaretur. Cumque pene anno integro temptacio eius duraret, tunc primum surgens Jhesus tam potenter et tam celeriter temptaciones illius compescuit, ut omnes miraremur. Et est impletum in eo, quod legitur in psalmo: 'Et statuit procellam eius in auram et siluerunt fluctus eius' (*Ps. 106, 29*).

108. (O m. V. C o p p. II, 19). Cum quidam conversus [2]) gravissime temptaretur, stans in oracione cum lacrimis sic oravit: „Vere, Domine Jhesu, nisi me liberaveris ab hac temptacione, ego conquerar matri tue". Qui mox excitatus, acsi querimoniam expectare non auderet, surgens imperavit mari et ventis et fugata temptacione facta est in eo tranquillitas magna (*Matth. 8, 26*).

109. (O m. VI. C o p p. II, 22). Non est diu quod monachus quidam invidie stimulis agitatus ac superatus quendam ex fratribus suis adolescentem accusavit apud abbatem suum et fratres, imponens ei crimina pessima. Cui cum minus abbas crederet, sciens lolium simile esse tritico, ille ad maiorem vindictam quasi ad messem usque ad visitatoris presenciam accusacionem suam reservavit. Quid plura? Tantum apud illum invidi machinacio profecit, ut ipse visitator, sicut michi retulit abbas, qui interfuit visitacioni, dure satis innocenti iuveni vicia relata in capitulo coram omnibus obiceret et neganti ac Deum innocencie sue testem invocanti non crederet, sed habitu truncato carceri manciparet. Post eius discessum Deus, iudex iustus, invidum infirmitate peremptoria flagellavit. Qui timens mori confessus est iu-

1 familiariter M [4]. — 3 cogitaciones . . . eius per f e h l t M [4] T [4]. — 11 in temptacione M [4] T [4]. — 29 recusavit HL. — 30 invida GHL. — 31 visitacioni f e h l t GHL. — 35 perempt. accusantem flag. G.

108. Vgl. Dial. mirac. VI 30 mit einem besonderen Schluß: Alius quidam conversus post tergum eius stans, cum hanc oracionem audisset, subrisit, aliis eam ad edificacionem recitans. Kaufmann, Annalen LIII (1891), S. 49.

109. Vgl. Dial. mirac. IV 24.

[1]) Iob 41, 12.

[2]) in Claustro (Dial. mir.) = Himmerode.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

venem ex invidia se accusasse. Quod cum ex consilio confessoris senioribus propalasset, statim pro visitatore missum est. Qui territus ad monasterium rediit, per se ipsum carcerem intravit, ad pedes monachi se prostravit et, ut sibi ignosceret, quod ignoranter in eum deliquerat, supplicans eciam reluctantem cum gloria eduxit.

110. (Om. VII. Copp. II, 25). Cum nuper apud quendam scolasticum Parisius nescio quis alteri detraheret, ille detrahenti respondit: „Nosti enim quod diligam hominem illum. Tu vero vis occidere amicum meum eciam in domo mea", linguam detrahentem gladio comparans. — Revera, fratres, susurrones et detractores odibiles Deo sunt.

111. (Om. VIII. Copp. II, 27). Ordo Cisterciensis in egressu suo de Molismo[1]) vinea parva erat, viginti et unam habens vites; tot enim monachi de eodem loco sunt translati. Erat autem Molismus et adhuc est monasterium nigri ordinis celeberrimum, tenebras quidem habens Egypti per nigredinem vestimentorum, sed candorem in splendore virtutum. Et quia vinee huius Dominus dux fuit, radices eius plantans in Cistercio[2]), adeo profecit in brevi, ut impleret terram (*Ps. 79, 10*). Nam sicut hodie videmus impletum, ostendit palmites suos usque ad mare (*Ps. 79, 12*) tam orientale quam occidentale, novas semper vineas emittens, ita ut iam non sit regio vel insula intra metas Latinitatis, ubi ordo Cisterciensis non sit. Ante annos paucos Henricus Flandrensis[3]), qui post Baldewinum[4]) fratrem suum in Constantinopoli imperavit, de germine huius vinee eciam in Greciam transtulit, formam nove religionis illic plantans. Quod autem sequitur 'et usque ad flumen propagines eius' (*Ps. 79, 12*), novimus impletum; nam iuxta Jordanem domus una de ordine nostro est. Et ultra flumen usque ad terminos orbis terrarum extenderetur, sicut satis opinabile est, si culturam eius non impediret malicia paganorum.

112. (Om. VIII. Copp. II, 32). Cum in Claravalle conversus quidam esset moriturus et beatus Bernardus audita eius con-

18 Cystercio L. — 23 Hainricus M[3], Heinricus GHL. — Waldebinum GM[3].

112. Vgl. Exordium magnum ordinis Cisterciensis IV 19 = Migne, Patr. lat. 185, 442 (vgl. 1107) u. Herbertus, de miraculis I 29 = ib. 185, 1301.

[1]) Zur Gründung des Zisterzienserordens vgl. Exordium magnum ordinis Cisterciensis = Migne, Patr. lat. 185, 1005 ff. Caes., Dial. mirac. I 1. Vgl. ferner Jacobus de Vitriaco, Hist. occid. (Duaci 1597), p. 306. Molismus in diocesi Lingonensi = Molesmes.

[2]) Cîteaux (Côte-d'Or).

[3]) Heinrich von Flandern wurde Kaiser von Konstantinopel anstelle seines in bulgarischer Gefangenschaft getöteten Bruders Balduin 1206, gestorben 1216.

[4]) Balduin IX., Graf von Flandern und Hennegau, zum Kaiser von Konstantinopel erwählt am 9. Mai 1204.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

fessione post inunccionem atque sacram communionem diceret: „Modo letus esto, frater, quia Dominus dabit tibi vitam eternam", ille valde fiducialiter respondit: „Ego certus sum de vita eterna". Cui cum vir sanctus timeret, nesciens, de quo fonte verbum emanaret, diceretque: „Quid est, frater, quod tam presumptuose loqueris?", ille non minori constancia quam prius subiecit: „Domine, vel vos estis mendax, vel meum est regnum celorum". „In quo?" inquit. Respondit conversus: „Quando in facie conventus promisi vobis obedienciam inter manus boni usque ad mortem et vos michi respondistis: 'Et Dominus det tibi vitam eternam', nunquam ab illa hora usque in presens neque vobis neque alicui fratrum meorum extiti inobediens; ipsi enim testes sunt". Quo audito beatus abbas respondit: „Perge securus, quia revera, ut dicis, tuum est regnum celorum; tibi enim debetur denarius diurnus" (*vgl. Matth. 20, 2*).

113. (Om. VIII. Copp. II, 32). 'Venientes autem et primi arbitrati sunt quod plus essent accepturi: acceperunt et ipsi singulos denarios' (*Matth. 20, 10*). Hii eos exprimunt, quibus cogitaciones sue suggerunt, quod plus mercedis propter longitudinem temporis et immensitatem laboris sui quam senes et decrepiti, qui conversi sunt tarde, recepturi sint a Domino, et ob hoc extolluntur. Non est diu quod quedam sanctimonialis ordinis nostri huiusmodi cogitacionibus pulsata confessori suo dixisse fertur: „Bone domine, estne vidua una, que forte tres vel quatuor liberos genuit in seculo et modico tempore laboravit in monasterio, michi equiperanda, que virgo intravi et ab ineunte etate Domino servivi?"

114. (Om. VIII. Copp. II, 34). Tempore quodam cum sanctus Bernardus, abbas Clarevallis, adhuc adolescens ad missam staret et quedam illic negligencia circa ministerium altaris contigisset, quedam reverenda persona illi tristi vultu apparens ait: „Si scirent monachi, quantum sanctos angelos, qui hic presentes sunt, contristarent, cum in hoc sacro ministerio tepidi sunt et negligentes, et quantum eosdem letificarent, quando illos devotos vident atque ferventes, cauciores efficerentur." Quem cum interrogaret vir beatus de statu monachorum, respondit ille: „Omnes, qui in ordine Cisterciensi perseveraverint, salvi erunt."

Es schließt sich an Nr. 115.

115. (Om. VIII. Copp. II, 34). Non nos hec verba, fratres, seducant. Si aliqui essent inter nos, quod absit, fures, proprietarii, conspiratores eisque consimiles, tales de ordine non essent, quia eiusmodi

26 cum beatus Bern. **G.** — 27 adhuc fehlt **G.** — 28 c. monasterium **HL.** — altaris fehlt **GHL.**

113. Vgl. Dial. mirac. VII 16.
114. Vgl. Exordium magnum ordinis Cisterciensis II 1 = Migne, Patr. lat. 185, 415 (vgl. 1023).
115. Vgl. Dial. mirac. I 33.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ordo excommunicatur. Qui non communicat, alienus est. Referam vobis adhuc aliam visionem que huic satis concordat. Cum duo adolescentes apud Toletum[1]) in nigromancia simul studerent et unus illorum ingravescente infirmitate moriturus esset, alter eum adiuravit, quatinus infra tricenarium sibi apparendo, in quonam statu esset, indicaret. Quod cum ille promisisset, post mortem socio sedenti in ecclesia et psalmos legenti pro anima eius visibiliter affuit, asserens se in maximis penis esse et eternaliter propter studium artis diabolice dampnatum. Et adiecit: „Revera nigromancia secundum titulum suum mors anime est, et si in illa decesseris, simul mecum tormentis eternis subiacebis." Cui cum diceret: „Ad qualem michi vitam consulis?", respondit ille: „Ad ordinem Cisterciensem." Et adiecit: „Non est aliquis ordo in ecclesia, de quo tam pauci descendant ad inferos; habent enim specialem advocatam", Dei Genitricem notans, que non sinit illos perire.

116. (Om. IX. Copp. II, 36). Hora undecima[2]) etas est decrepita, in qua aliquando operarios conducit, graciam videlicet sanitatum, propheciam, discrecionem spirituum, miracula. Que ideo differt usque ad finem vite, ne mens per illorum operacionem in superbiam elata laboribus preteritis privetur. Sancte memorie David, monachus de Claustro[3]), non multo tempore ante mortem suam signis dicitur claruisse . . . Certe, fratres, multi sunt hodie religiosi, a quibus si signa exigerentur, cum fide et instancia facile ea a Christo consequerentur. Sanctus Benedictus[4]) ad nimiam instanciam cuiusdam hominis filium eius mortuum contra propriam voluntatem suscitavit. Miracula, que fiunt sine certa necessitate, periculosa sunt.

117. (Om. IX. Copp. II, 38). Abbas Ammon de loco Nitrie[5]) venit ad abbatem Anthonium et dixit ei: „Video quia maiorem laborem ego quam tu sustineam. Et quomodo nomen tuum magnificatum est in omnibus super me?" Et dixit ei abbas Anthonius: „Quoniam ego diligo Deum plus quam tu."

---

3 nicromancia M[4]. — 13 descendunt G. — 14 non sinit eos nullatenus perire G. — 18 spir. et miracula faciendi. Que G. — 22 hodie fehlt G. — 27 Nitride HM[4]. — 29 sustineo G. — 30 in omnibus fehlt M[4]T[4].

---

117. Aus Vitae patrum V 17, 3 = Migne, Patr. lat. 73, 973.

[1]) Ueber Toledo als Schule für Schwarzkunst s. Helinand, Sermo 15 = Migne, Patr. lat. 212, 603. Knust u. Birch-Hirschfeld, El conde Lucanor, S. 327. Schönbach, Reuner Relation = Sitzungsber. der Wiener Ak. d. Wiss. 139 (1898), Abh. 5, S. 81 ff.

[2]) Vgl. Matth. 20, 6.

[3]) Ueber David von Himmerode s. oben Nr. 61.

[4]) Zu Benedictus vgl. Gregor, Dial. II 32 = Migne, Patr. lat. 66, 192; ed. Moricca S. 124.

[5]) Nitrionis bei Migne.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

118. (Om. X. Copp. II, 39). Avibus celi comparantur demones, quia aerem hunc caliginosum inhabitantes importune nos circumvolant, ut aliquid de corde, ore atque opere nostro rapiant, unde pascantur. Qui aliquando visi sunt, sicut legitur in Verbis seniorum [1]), in similitudine corvorum fratres colloquentes sive psallentes circumvolare et, cum verba recitarent inutilia sive in psalmis sillabas aut dicciones negligerent, quasi grana illa colligebant.

119. (Om. X. Copp. II, 40). Venit quidam adolescentulus Hemmenrode, multum devote et humiliter petens ingressum, susceptus autem sine querela conversatus est. Hunc vero venerabilis sacerdos David, de cuius sanctitate mira dicuntur, specialiter amabat et ad propositum religionis verbis suis mellifluis frequencius animabat. Cui iuvenis idem sequencias et queque dulcia cantica de Domina nostra versa vice recitavit, quibus sanctam illius devocionem sepius excitavit. Eodem anno orto sole ferventissime temptacionis cepit isdem novicius fluctuare et, quia periculose temptaretur, sancto viro studuit indicare. A quo multis sermonibus confortatus, cum temptacio non cessaret, tandem de perseverancia desperans ait: „Ecce iam recedo; diucius, quod pacior, sustinere non valeo". Et sanctus: „Expecta me", inquit „donec vadam ad ecclesiam et orem". Et promisit. Festinante viro Dei ad oratorium, ille concito cursu rediit ad seculum, timens eius sanctis oracionibus retineri. Reversus venerabilis sacerdos ab oracione, cum non invenisset, quem reliquerat in probacione, gemens ait: „Non est omnibus datum, ut perseverent in ordine".

120. (Om. X. Copp. II, 40). Quam terribiliter Deus culpam tante pertinacie puniat, unius novicii a nobis recedentis mors miserabilis declarat. Cumque transiturus esset Renum, orta est tempestas propter eum, ut creditur, in flumine. Sicque procellis exceptus atque extinctus penam ibidem solvit apostasie.

121. (Om. X. Copp. II, 41). Cum aliquid proprii ad lectum monachi fuerit repertum, non tollitur, ut reservetur, sed in ignem mittitur vel mortuo consepelitur. Monachus habens obulum non valet obulum.

---

2 circumvolitant **GL**. — 8 adolescens **GT** [4]. — Hemmerode **GM** [3]. — 12 frequ. artabat **M** [3].

119. Vgl. Dial. mirac. I 4 (vgl. Vita Davidis c. 24, ed. Hees S. 58).
121. Vgl. bereits Vitae patrum III 219 = Migne, Patr. lat. 73, 810: Bei der Leiche eines Mönches werden 100 Goldmünzen gefunden. Der Abt befiehlt, sie ihm ins Grab nachzuschleudern. Aehnlich wird dem Mönch und Arzt Justus, der drei Goldstücke in medicamine versteckt hatte, mit demselben Fluch das Geld ins Grab nachgeworfen, bei Gregor, Dial. IV 55 (57) = Migne, Patr. lat. 77, 420; ed. Moricca S. 317. Vinc. Bellov. Spec. hist. XXII cap. 108. Herbert, Cat. of romances III 122, 28; 571, 179; 597, 2 u. 600, 16 (Nonne). Little, Liber exemplorum Nr. 18.

[1]) Vgl. Vitae patrum III 43 = Migne, Patr. lat. 73, 765. Vgl. auch Nr. 59. Exordium magnum ord. Cist. V 18 = Migne, Patr. lat. 185, 1171.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Abbas Nicolaus de Hersenhusen[1]) fratrem suum carnalem sueque domus monachum propter unum obulum, qui inventus est circa eum, cum moreretur, extra cimiterium sepeliri fecit atque eundem obulum super eum iactari, cunctis clamantibus: „Pecunia tua tecum sit in perdicionem“ (*Act. Ap. 8, 20*). Cumque de hoc facto argueretur utpote de inhumanitate, respondit: „Si salvatus est vel salvandus, non poterit ei hec iniuria obesse, sed magis prodesse. Quodsi dampnatus est, cimiterium nichil illi proderit, sed magis nocebit. Ad terrorem aliorum hoc feci.“ — Proprietatis vicium claustrales separat a communione iustorum.

122. (Om. X. Copp. II, 42). Frater quidam, cum vicinus esset cuidam magno seni et frequenter illi sua raperet senexque videret et taceret, plus solito manibus operari cepit, dicens: „Credo, opus habeo fratre isto.“ Cum autem mori cepisset et fratres eum circumstarent, respiciens in eum, qui furabatur, dixit ei: „Junge te huc ad me.“ Et tenuit eum et osculatus est manus eius, dicens: „Gracias ago manibus istis, fratres, quia propter ipsas vado in regnum celorum.“ Ille vero ex paciencia senis compunctus factus est probatus monachus. — Ecce! quantum boni operetur paciencia. Per hanc monachi martires efficiuntur, per hanc victores coronantur.

123. (Om. XI. Copp. II, 43). Nos vero Christo compaciendo per eosdem gradus ascendere debemus per cogitacionem, tam penas quam penarum instrumenta percurrendo . . . Sic ascendere consuevit bone memorie Wilhelmus, conversus noster, qui nuper defunctus est[2]). Nam sicut ipse moriens abbati suo confessus est, tribus vicibus in die lacrimas fundebat: primo ex memoria peccatorum suorum, secundo ex consideracione Dominice passionis, tercio ex desiderio patrie celestis. Quidquid enim cogitare noverat vel poterat de Christi tormentis, mente percurrebat; de quo tantam sensit dulcedinem, acsi favum mellis in ore servaret.

124. (Om. XII. Copp. II, 48). Non est diu quod monachus quidam apud nos defunctus est, Arnoldus nomine, Colonie in ecclesia sanctorum Apostolorum canonicus. Iste michi referre solebat quod circa principium conversionis sue multum temptaretur per gulam,

1 de Hyersenhusen G. — 9 claustralem M[4]. — 17 propter istas M[4]. 29 mente pertrahebat G. — 32 Colonie quondam in G. — 34 quod in principio T[4]. — conversionis sue fehlt GHL. — tempt. de gula G.

122. Vgl. Vitae patrum III 74 = Migne, Patr. lat. 73, 773; V 16, 19 (direkte Vorlage) = ib. 73, 973; VII 3,2 = ib. 73, 1029. Herbert, Cat. of romances III 463, 109. J. Th. Welter, Tabula exemplorum nr. 213.

124. Vgl. Dial. mir. IV 82.

[1]) Hardehausen (Diözese Paderborn) bei Warburg; s. Janauschek, l. c. p. 60 (Hardenhusium); L. Schmitz-Kallenberg, Monasticon Westfaliae, Münster 1909, S. 32. Abt Nikolaus begegnet 1204 (Westfälisches Urkunden-Buch IV, Nr. 16).

[2]) Ueber einen Conversen Wilhelm von Heisterbach vgl. Dial. mirac. IV 32.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

non solum de cibis, quibus utebatur in seculo, cogitando, sed eciam cum leviter dormitaret in choro; fuerat enim ante conversionem vir dives et delicatus valde. Sepe cum ex psalmodia lassus stans oculos clauderet, scutellam carnibus plenam ante os suum sensit, de qua eciam more canino, ut sibi videbatur, comedit. Cumque sic bestialiter comedere erubesceret, caput quandoque retraxit, dure satis illud illidens parieti.

125. (O m. XII. C o p p. II, 49). Unde quidam sanctorum, ut legitur, cum ob inanem gloriam propter virtutes et miracula, que faciebat, de pinna sanctitatis deorsum ruere timeret, maluit in corpore suo a temptatore ad tempus horribiliter vexari quam de culmine meritorum periculose precipitari. Unde sanctus B e n e d i c t u s [1]) suadet monacho 'non velle dici sanctum, antequam sit, sed prius esse, ut verius dicatur'.

126. (O m. XII. C o p p. II, 49). Puto lapidem (*1 Petr. 2, 8*) hunc offensionis esse luxuriam, quam diabolus vitari suadet per superbiam, cum illa sepe sit pena istius; per vicia enim carnalia aliquando Deus vicia punit spiritualia. Hinc est quod quidam iustorum, cum propter superbiam ex virtutibus ortam fornicacionem incurrisset, beatus A n t h o n i u s [2]) casum illius cognoscens tristis ait: „Hodie ruit maxima columpna ecclesie." Cuius tanta extitit ruina, ut inducias tantum decem dierum peteret, nec obtinere posset. Quanto gradus alcior, tanto casus gravior.

127. (O m. XII. C o p p. II, 50). Cum quidam abbas ordinis nostri monachos suos iuniores in capitulo me audiente culparet, eo quod ad cantum suum dicendum minus operam darent, yronice subiunxit: „Vos, domini, tantum legitis glosas. Et ubi sunt omnes abbacie iste, quas habituri estis?" quasi diceret: „Ad hoc tantum scripturas discitis, ut propter scienciam fiatis abbates." — Licet sciencia prelatis plurimum sit necessaria, usus tamen malus esse poterit et reputari in sathan.

128. (O m. XII. C o p p. II, 50). Prior quidam in quadam domo ordinis nostri abbate suo defuncto ad abbaciam ardenter nimis aspirans senioribus dicebat: „Cum multe sint inter nos persone ad officium hoc satis idonee, non est nobis honestum, si extra domum nostram elegerimus abbatem." Satis ei constabat quod non aliam preter suam eligerent personam. Quid plura? Consilio eius consenserunt omnes

2 leniter M [3]. — dormiret **GHL.** — in choro temptaretur, fuerat M [4]. — 11 mirabiliter v. M [3]. — 20 illius in spiritu cognoscens n u r T [4]. — 21 ut vivendi ind. **G.** — 35 Satis enim c. **H.**

125. Vgl. Nr. 35.
128. Vgl. Dial. mirac. VI 18.

[1]) S. Benedicti Regula, cap. 4 (ed. B. Linderbauer, Bonn 1928, S. 25,1).
[2]) Vgl. Vitae patrum V, 8, 1 = Migne, Patr. lat. 73, 905.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

talique intencione atque ordinacione factus est abbas. Qui cum postea ad quandam sanctissime vite inclusam venisset et diceret: „Roga Deum, ut tibi revelet, utrum michi expediat manere in hoc officio necne", abiit illa et oravit et rediit et ait: „Nequaquam in abbacia ista salvarí poteritis." „Quare ?" inquit. Respondit illa: „Quia symoniace intrastis." Ad quam abbas: „In hoc michi conscius non sum." Dicente illa: „Tali et tali modo egistis", abbas considerans solum Deum sue consciencie testem fuisse culpam suam humiliter confessus est. Qui statim patrem abbatem adiens, quid egerit quidve audierit, revelavit magisque volens perdere abbaciam quam animam, quousque absolveretur, non cessavit. — Hec michi a domino Karolo abbate Vilariense[1]), cui res innotuit, recitata sunt.

129. (Om. XII. Copp. II, 51). Legitur quidam ob victoriam modice temptacionis septem meruisse coronas. — Unde, fratres, cum nos impugnat caro, cum mundus, cum diabolus, stemus viriliter, pugnemus fortiter, quia caput membra non deseret, rex milites non derelinquet. Audite, quid victori promittat: 'Vincenti' inquit 'dabo edere de ligno vite, quod est in paradiso Dei mei' (*Apoc. 2, 7*).

130. (Om. XIII. Copp. II, 56). Temptacio Eve ad memoriam michi revocat temptacionem cuiusdam mulieris. Que dum illam de inobediencia atque inconstancia cottidie iudicaret, turpius, etsi non periculosius illa cecidit. Erat enim uxor Henrici de Wida[2]), militis divitis atque nominati. Que cum malediceret Eve propter esum pomi et ille diceret: „Ego tibi precipiam, quod minus est, et non custodies", respondit illa: „Quod est preceptum illud?" Dicente milite: „Ut

3 ut michi rev. M⁴. — 4 salv. poteris G. — 5 intrasti G. — 11 Karulo GL. — Vilariensi G. — 22 Hainrici GHL. — de Wyda M³M⁴.

129. Vgl. Vitae patrum V 7, 43 = Migne, Patr. lat. 73, 903. Herbert, Cat. of romances III 72, 145 (Odo von Cheriton). J. Klapper, Erzählungen des Mittelalters, nr. 135.

130. Vgl. Dial. mirac. IV 76. J. Bolte's Anm. zu Pauli, Schimpf und Ernst Nr. 318.

[1]) Ueber Abt Karl von Villers (in Brabant) (s. Vita, MG. SS. XXV, p. 220 ff.), der 1209 (oder 1211) resignierte und der Regel gemäß ins Kloster Himmerode zurückkehrte, vgl. Kaufmann, Annalen LIII (1891), S. 221 Anm. 1. G. Wellstein, Die ersten Mönche von Heisterbach, Cisterz.-Chronik XXI (1909), S. 129 ff. De Moreau, L'abbaye de Villers en Brabant au XIIe et XIIIe siècle, Bruxelles 1909, p. 40 ff. G. Wilkes, Die Zisterzienserabtei Himmerode, S. 7. Auch genannt unten Nr. 248 und Dial. mirac. III 43. Er war früher Novize in Himmerode und ging mit dem Konvent nach Heisterbach. Ueber die Abtei vgl. auch W. Zschaler bei P. Clemen und C. Gurlitt, Die Klosterbauten der Cistercienser in Belgien, Berlin 1916, S. 65 ff.

[2]) Heinrich von Weida (verschwundener Ort bei Mühlhausen) war Dienstmann des Herzogs Heinrichs des Löwen von Sachsen. Ueber das Geschlecht vgl. zuletzt O. Haendle, Die Dienstmannen Heinrichs des Löwen, Diss. Tübingen 1930 (= Arbeiten zur Deutschen Rechts- und Verfassungsgeschichte 8), S. 37 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

paludem curie nostre, cuius aqua putens est et fimosa, tantum illa die, qua balneata fueris, non ingrediaris nudis pedibus", illa subridente adiuncta est pena quadraginta marcarum, quam solveret, si inobediens foret, et per obedienciam tantum a marito reciperet. Quid plura? Acceptavit matrona utrumque. Mox accessit temptator, in tantum eam certis diebus ad ingressum paludis occultis suasionibus incitans, ut die quadam superata, comitante pedissequa paludem intraret et cum multa delectacione concupiscencie sue satisfaceret. Quod ubi maritus intellexit, vestimenta eius preciosa tollens cum improperio aliis ea distribuit, sinens illam per aliquod tempus habere defectum.

131. (Om. XIV. Copp. II, 57). Cuiusdam sacerdotis concubina, cum moritura esset, calceos novos et fortiter taccunatos sibi fieri petivit. „In ipsis" inquit „ sepelite me, quia necessarii michi erunt". Quod cum factum fuisset, in ipsa nocte luna splendente miles quidam, cum ante lucem cum famulo suo per strata publica incederet, illa in veste sepulture sue et cum calceis ad eum currens et eiulans clamavit: „Adiuva me, adiuva me: ecce venator infernalis insequitur me!" Qui mox de equo desiliens eumque servo committens gladio se circinavit et manu dextera spatam tenens tricas capillorum eiusdem femine sibi bene note brachio sinistro circumligavit. Et ecce! forma hominis teterrimi in equo nigerrimo sedentis procul apparuit. Qui cum terribiliter buccinaret et canes venaticos incitaret, mulier eo audito tota contremiscens ait militi: „Dimitte me, sine me currere, ne forte me comprehendat." Quam cum tanto forcius teneret, illa per multos conatus se excuciens in brachio militis capillos dimisit et aufugit. Post modicum vero venator ille tartaricus militi occurrens miseram illam tulit in equo captam, ita ut caput penderet ex uno latere equi et pedes ex altero. Miles ad villam reversus, cum ista diceret nec crederent, capillos ostendit. Qui mox corpus effodientes sine capillis illud reppererunt [1]). — Hec occasione mulieris Chananee dicta sunt, quam alius ewangelista vocat Syrophenissam (*Marc. 7, 26*).

132. (Om. XV. Copp. II, 60). 'Confitebitur tibi, cum benefeceris ei' (*Ps. 48, 19*). Tales sunt quidam ex hiis, quos videmus, barbatis, qui ad hoc tantum religionis habitum assumunt, ut illius gracia efficacius homines decipiant, mundum gyrovagi perlustrantes 'et gule illecebris atque luxurie deservientes' [2]). 'Et alii temptantes signa de celo

1 curtis n. M[3]. — a. putrida G. — 3 subiuncta G. — 7 die qu. separata M[4]. — 12 n. et accuminatos GHL. — 16 accurrens M[4], occurrens GL. — 20 h. deterrimi G. — 23 forte fehlt GHL. — 30 dicta sint M[4]T[4]. — 31 Serophenissam GL. — 36 signum M[4]T[4].

131. Vgl. Dial. mirac. XII 20.

[1]) 'Hec contigerunt in archiepiscopatu Maguntinensi' (Dial. mirac.).

[2]) Regula Benedicti cap. 1 über die gyrovagi. Zu dem Abschnitt vgl. auch Kaufmann, Annalen 47 (1888), S. 99 Anm. 1.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

querebant ab eo' (*Luc. 11, 16*). Hii speciem illorum tenent, qui, dum quosdam flagiciosos viderint conversos, conversioni detrahentes dicunt: „Cum Deus per istos signa fecerit, tunc demum credemus eos sanctos." Hinc est quod quidam comes terre nostre, cum a militibus suis moneretur et rogaretur, ut ordini nostro in suis theloneis iniustisque exaccionibus, quibus tam claustrales quam seculares in suis rebus deducendis indebite vexabat et dampnificabat, parcere dignaretur, respondit: „Ubi vidistis unquam aliquem griseorum monachorum sanctum? Dominicis diebus, quando sacerdos nobis intimat diversorum ordinum sanctos, nusquam ibi audio griseos monachos sanctos."

133. (O m. XV. C o p p. II, 60). Audivi eciam et ego a quodam alio quoddam verbum blasphemie contra graciam Dei. Cum mencio esset de quodam converso, viro satis religioso, respondit: „Conversus iste per omnes dies vite sue negociator existens homines decepit; modo vult esse sanctus."

134. (O m. XV. C o p p. II, 61). Domus supra domum cadit [1]), cum potencior opprimit infirmiorem, utputa rex principem, princeps militem, miles civem et agricolam. Et hec signa sunt desolacionis. Provincia nostra, ut videtis, propter intollerabiles exacciones, que fiunt ab advocatis in pauperes atque mediocres, iam ex parte magna desolata est a suis cultoribus.

135. (O m. XV. C o p p. II, 61). Narravit nobis venerabilis quidam sacerdos et monachus de S c o n a u g i a [2]), que domus est ordinis C i s t e r c i e n s i s, duos nuper fuisse obsessos in diocesi W o r m a c i e n s i [3]), in qua eadem domus sita est, in quibus tanta erat adinvicem invidia atque discordia, ut alter alterum miro modo persequeretur. Si quando contingeret illos convenire, nichil aliud ibi audiebatur nisi clamor et stridor, dentibus manibusque se crudeliter lacerantes et, si quas poterant, blasphemias in alterutrum evomentes. Die quadam unus illorum clerico prope astanti secrete dicebat: „Si michi acquieveris, consilium tibi dabo, qualiter demonem illum, adversarium meum, sine labore et difficultate de vase suo eicias." Respondente clerico: „Libenter acquiescam", subiunxit demon: „Referam tibi characteres, quos cum scripseris et in aure obsessi susurraveris, mox effugiet." Quod cum factum fuisset et demon esset eiectus, suasum est clerico, ut eadem verba in aurem alterius diceret obsessi, et fortassis consimi-

3 credimus M⁴T⁴. — 7 vexat et dampnificat M⁴T⁴. — 9 nobis (fehlt GL) nominat div. GHL. — 27 Si quandoque M⁴T⁴. — 28 crudeliter fehlt GHL. — 36 obs., si forte GHL.

135. Aehnlich bei J. Th. Welter, Tabula exemplorum nr. 64, anders lokalisiert: in ecclesia s. Severini Burdigalensis (vgl. eb. S. 103).

[1]) Vgl. Luc. 11, 17.
[2]) Schönau bei Heidelberg.
[3]) Worms.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lem ibi haberent effectum. Quod et verum fuit. Sicque spiritus ille nequam proprio telo confossus eieccione sua satis ostendit, quanta sit in regno sathane divisio, conquassacio atque desolacio.

136. (O m. XV. C o p p. II, 62). 'Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, que possidet' *(Luc. 11, 21)*. Cum nuper hoc ewangelium in T r i s villa diocesis T r e v e r e n s i s[1]) super caput cuiusdam obsessi legeretur ventumque esset ad hunc locum, cepit demon in tantum furere et tam crudeliter plus solito hominem vexare, ut causam circumstantes mirari non sufficerent. Cumque de hoc interrogatus nichil responderet, coactus a sacerdote validissimis exorcismis, quomodo presentem versiculum intelligeret, frendens et tremens respondit: „Quando magister tuus venit ad portas inferi, forcior erat magistro meo." Sicque obmutescens satis intelligere dedit, quid dicere vellet. — Fortis iste diabolus est, de cuius fortitudine Dominus loquitur ad beatum Job dicens: 'Non est potestas super terram, que comparetur ei, qui factus est, ut nullum timeret' (*Job 41, 24*). Qui et mille nocendi artibus armatus est.

137. (O m. XV. C o p p. II, 63). Unde legitur in Vitas-patrum[2]) demon quidam, qui laboraverat quadraginta annis circa subversionem unius monachi, a principe suo fuisse coronatus atque laudatus, ceteris iniuriatis, qui infra paucos dies multa milia hominum extinxerant. Amplius enim sollicitatur, qualiter unus religiosus subvertatur quam multi seculares, sicut subiecto probatur exemplo. Nuper C o l o n i e civis quidam defunctus est, homo bene natus, dives aliquando et honoratus potensque in eadem civitate. Qui cum per omnes dies iuventutis sue deliciis affluueret et luxuriose vivendo omnem substanciam suam consumpsisset, iam senex effectus hereditatem suam vendidit, pecuniam ex ea receptam dans ad usuram[3]). Post annos paucos usura deficiente, cum egere cepisset, ut fertur, ad clericum quendam artis nigromancie peritum accessit, hominium suum diabolo per illum offerens, dummodo ad pristinos redire posset honores. Qui cum diabolum suis incantacionibus vocasset, ille causa cognita oblata contempnens respondit: „Ut quid me frustra vexasti? Non darem obulum, quatinus plus iuris haberem in homine: meus totus est ille."

---

3 divisio et quassacio H T⁴. — 6 ew. in villa quadam dioc. M⁴ T⁴. — 10 coactus a sac. fehlt M⁴ T⁴. — 15 beatum fehlt M⁴ T⁴. — 19 subv. cuiusdam mon. GHLM³. — 20 cet. vero iniur. H. — 30 homagium suum M³. — 33 vexastis G. — 34 hom. isto, meus G.

---

[1]) Treis an der Mosel (Kreis Kochem), auch erwähnt im Dial. mirac. VII 7.

[2]) Vgl. Vitae patrum IV, 54 = Migne, Patr. lat. 73, 847; V 5, 39 = ib. 73, 885. Vgl. Herbert, Cat. of rom. III 62, 34 (bei Odo von Cheriton); 282, 40; 517, 106. In der Ausgabe A. Meisters von Caesarius, Libri miraculorum II 56 (unecht). Exemplos nr. 21. Hauréau, Not. et extr. V 62.

[3]) Vgl. Caes., Libri mirac. I 35 (Meister S. 53).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

138. (O m. XVI. C o p p. II, 67). Sicut legitur in vita sancti B e r n a r d i abbatis C l a r e v a l l i s, qui nostris temporibus extitit, cum tempore quodam famis considerata a fratribus annona vix usque in pascha sufficere videretur nec usque ad illud tempus suffecisset, non minori miraculo quam olim in deserto Christi benediccione adeo multiplicata est, ut et ipsi habundarent et pauperibus ex ea usque ad messem ministrarent.

139. (O m. XVI. C o p p. II, 68). Neque minori miraculo dignum iudico, quod hodie in diversis monasteriis ex fidelium elemosinis innumerabilia hominum pascit milia quam quod tunc in uno loco ex quinque panibus et duobus piscibus quinque milia hominum pavit [1]). Quedam sunt domus ordinis C i s t e r c i e n s i s adeo divites, ut una earum singulis diebus quinque milia hominum pascere sufficiat, ita tamen, si monachis et conversis coloni cum mercenariis, hospites cum pauperibus connumerentur.

140. (O m. XVI. C o p p. II, 68). Primum signum perfeccionis in converso est proprietati proprieque voluntati renunciare. Quod plerumque fit anno probacionis completo, manu per festucam in capitulo utrumque proiciens. Sic nobilis adolescens T h e o d o r u s [2]), cum sarcina diviciarum gravaretur et a proposito conversionis retraheretur, vestimenta sua proiciens, nudus ad monasterium cucurrit.

141. (O m. XVI. C o p p. II, 71). 'Ut autem impleti sunt, dixit Jhesus discipulis suis: Colligite que superaverunt fragmenta, ne pereant' (*Joh. 6, 12*). Fragmenta sunt memoria digna virtutum exempla. De quibus maxima diligencia debet esse prelato, ut aliquibus fratribus litteratis illa per scripta colligere precipiat, ne per oblivionem pereant. Cophini sunt libri vel cartule, in quibus illa colliguntur. Ego siquidem abbate meo precipiente et fratrum caritate instigante duodecim sportellas implevi ex fragmentis huiusmodi, Dialogum ex eis conficiendo duodecim distinccionum [3]).

142. (O m. XVII. C o p p. II, 72). Vita mala, que hodie heu! in multis predicatoribus vitam sacerdotalem deformat, ipsos predicatores timidos efficit et elingues. Hinc est quod in quadam ecclesia provincie

---

5 bened. substancia victualium mult. est **G.** — 6 messem copiose min. **GL.** — 18 compl. per vestimentorum aliarumque rerum secularium abrenunciacionem sive proieccionem in capitulo. Sic nob. **G.** — 19 Theodericus **G.** — 25 esse abbati, ut **G.**

---

138. Vgl. S. Bernardi Vita quarta auctore Joanne eremita II 6 = Migne, Patr. lat. 185, 543 (in partibus Burgundiae). Exemplos nr. 76.

140. Auch in Nr. 295.

---

[1]) Christus; s. Joh. 6, 9 ff.

[2]) Vgl. Vitae patrum III 67 = Migne, Patr. lat. 73, 772 u. VII 2, 1 = ib. 73, 1028.

[3]) Vgl. Prolog zum Dial. mirac.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nostre, cum dominicis diebus sacerdos ad predicandum verbum Dei pulpitum ascendit, eo quod male vite sit, matrone honeste et bene nate illum confundere volentes sub specie honoris concubinam eius ante se stare compellunt, vultui sui pastoris illam obicientes, acsi dicant: „Nos te non arguimus de peccato, sed ista. Quid predicas non fornicandum? Ipse turpius fornicaris. Quodsi Christi verba tibi usurpando dixeris: 'Si veritatem dico, quare vos non creditis michi?' (*Joh. 8, 46*), respondemus: Si veritatem predicares, non tam audacter peccares. Quis tibi credet, si dixeris peccatoribus preparatam gehennam, cum tu tam licenter peccando cottidie edifices ad illam?" Huiusmodi verbis sepe oves invehuntur in pastores, cum verbum Dei predicant. Nec mirum: quidam sacerdotes ita obstinati sunt, ut peccata esse peccata non credant.

143. (Om. XVII. Copp. II, 72). Retulit michi monachus noster dominus Cesarius, quondam abbas Prumiensis[1]), de quodam sacerdote verbum detestabile et multo detestabilius in opere. „Si peccata" inquit „sunt peccata, sicut homines dicunt, nunquam salvari poterit anima mea". Respondente abbate: „Quare?", subiunxit ille: „In hac nocte dormivi cum legittima cuiusdam et hodie celebravi tres missas". Fuerat siquidem in ipsa nocte duplex festivitas, scilicet dominice diei et sancti Laurencii martiris. Idem sacerdos admodum litteratus erat, sed quia fides sciencie defuit, sine timore in culpam defluxit.

144. (Om. XVII. Copp. II, 72). Cum die quadam magister Alexander, cognomento Nequam[2]), venisset in quendam conventum nigrorum monachorum et quidam ex eis ob consuetudinem peterent, quatinus in capitulo verbum Dei proponeret, illeque promisisset, alii eum sequentes dixerunt: „Bone magister, loquimini nobis breviter." Quibus respondit: „Libenter". Considerans quod minus libenter audirent, capitulum intravit. Qui cum resedisset, in hec verba Domini erupit dicens: „'Qui ex Deo est, verba Dei audit; propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis' (*Joh. 8, 47*). Tu autem, Domine, miserere

6 turpius fehlt GHL. — 7 vos fehlt M^2T^4. — 9 tu fehlt M^4. — 15 dominus fehlt GL. — Brûmensis L, Brumiensis H, Brûniensis G. 19 cuiusdam uxore et M^3. — 21 sac. multum litt. G, sac. fuerat valde litt. T^4. — 22 in culpam fehlt GHL. — 23 Allexander GLM^4.

143. Vgl. Dial. mirac. II 4.

144. Vgl. Herbert, Cat. of romances III 64, 52 (aus Odo von Cheriton = Hervieux cap. 46). Enxemplos nr. 306. Andere Fassung bei Pauli, Schimpf und Ernst (ed. J. Bolte) Nr. 322.

[1]) Caesarius, früher seit 1212 Abt von Prüm in der Eifel, Novize seit 1217 in Heisterbach; vgl. Hartzheim, Bibl. Colon., 1747, p. 45; Beyer, Mittelrhein. Urkundenbuch I, S. 135.

[2]) Alexander Neckam (1157—1217), der bekannte Gelehrte und Dichter. Vgl. u. a. F. J. E. Raby, A history of Christian-Latin poetry, Oxford 1927, S. 379 ff.; M. Manitius, Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters III, München 1931, S. 784 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nostri." Et adiecit: „Estne satis brevis sermo iste, fratres?" Moxque surgens exivit, non modicum illis confusis.

145. (O m. XVII. C o p p. II, 73). Cum sanctum M a l a c h i a m [1]), ut scribit beatus B e r n a r d u s, die quadam in ecclesia verbum Dei predicantem quidam emuli eius similibus blasphemiis iniuriarentur, tam terribili pena divinitus sunt multati, ut omnibus patesceret predicacionis sancti episcopi Malachie incentorem fuisse Spiritum sanctum illorumque blasphemie diabolum.

146. (O m. XVII. C o p p. II, 74). Unde apostolus nos admonet dicens: 'Date locum ire' (*Rom. 12, 19*) et poeta:
'Dum furor in cursu est, currenti cede furori' (*Ovid, Rem. Am. v. 119*).
Quod quia quidam sacerdotum nostri temporis facere contempserunt, fustigati sunt et nonnulli perempti. P a r i s i u s tempore quodam disputante christiano cum Iudeo, cum occurreret presens locus ewangelii, ait Iudeus substomachando: „Certe, recte fecit Deus vester quod fugit se abscondendo; alioquin fuisset lapidatus." Audiens hoc quidam scolaris, zelo fidei motus et fidei inimico satis indignatus lignipedem de pede latenter solvit caputque Iudei graviter illo percuciens cachinnando sic ait: „Et tu, miser, si tacuisses teque abscondisses, hac vice a me cesus non fuisses."

147. (O m. XVIII. C o p p. II, 77). Quantum proximus sit iste m o n s O l i v e t i ori peccatoris in confessione, quam copiosus in misericorda peccatorum remissione, subsequens declarat exemplum. Miles quidam nobilis, sed criminosus tempore quodam ab inimicis suis captus est. Et quia mortales erant inter eos inimicicie, visum est eis expedire, ut in instanti occideretur. Cernens vir nobilis sibi mortem imminere et nullum adesse remedium vite, supplici voce dixit ad illos: „Rogo vos intuitu Dei, ut ad modicum mortem meam differre dignemini, quatinus alicui sacerdotum peccata mea possim confiteri." Responderunt illi: „Non esset nobis tuta hec dilacio. Contingere posset, ut cognati et amici tui venientes eriperent te de manibus nostris et esset error novissimus peior priore" (*Matth. 27, 64*). Cui cum precepissent, ut se prosterneret ad decollandum, dixit hoc verbum: „Deus, tu scis voluntatem meam". Et subiunxit: „Animam meam commendo Virginis filio". Sicque decollatus est. Erat tunc temporis obsessus quidam in

9 monet nos **GHL.** — 12 facere f e h l t **M⁴T⁴.** — 13 nonn. occisi. Par. **M⁴T⁴.** — 21 Quoniam **M⁴.** — 22 conf. quoniam cop. **HM⁴.** — 25 inter eos f e h l t **GHL.** — 28 differatis mortem meam, qu. **GHL.** — 33 ut se ad dec. aptaret **GL.** — 34 Et adiecit: An. **M⁴T⁴.**

145. Vgl. S. Bernardi Vita s. Malachiae Hiberniae episcopi cap. 13 = Migne, Patr. lat. 182, 1091. Vinc. Bellov., Spec. hist. XXVII cap. 113.
147. Vgl. Dial. mirac. VII 57.

[1]) Ueber den h. Malachias von Armagh in Irland, gest. 1148 zu Clairvaux, vgl. Vacandard, Vie de s. Bernard II, Paris 1895, p. 348; Louis Gougaud, Christianity in Celtic lands, London 1932, S. 401 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vicino. Cui cum dicerent aliqui audita morte tanti tyranni: „Modo magnum habetis gaudium propter animam militis illius facinorosi", lugubri voce respondit: „Nequaquam; unum enim verbum protulit, propter quod salvatus est." — Si ob desiderium confessionis tantum misericordie consecutus est miles iste facinorosus, quid senciendum est de illis, qui peccata sua confessi sunt et post condignam satisfaccionem de hac vita migraverunt?

148. (O m. XVIII. C o p p. II, 78). Quidam sanctus, ut legitur in Vitas-patrum, in maximo caumate vas aque ante oculos suos suspendit, ut ex ipsa contemplacione, eo quod magis sibi sitis ardorem provocaret, ex hoc amplius mereretur.

149. (O m. XVIII. C o p p. II, 78). Alius quidam cum stimulum carnis tolerando nimis torqueretur, nunquam voluit orare Deum, quatinus ab eo liberaretur, sed tantum sibi graciam dari, qua posset resistere, cum instancia postulavit.

150. (O m. XVIII. C o p p. II, 78). Cum ad abbatem quendam duo venissent fratres, singillatim tamen, eumque interrogassent, utrum plus expediret mox in inicio cogitaciones malas repellere vel post ingressum, respondit primo: „Statim eas repellas." Sequenti vero dixit: „Sine intrare et pugna cum eis." Hoc ideo egit, sicut postea confessus est, quia priorem noverat esse infirmum, sequentem vero perfectum bellatorem. Ubi non est pugna, nec meritum.

151. (O m. XVIII. C o p p. II, 79). Hinc est quod sanctus B e n e d i c t u s, sicut de illo legitur, cum viriliter excitate voluptati resisteret, tantam pacem ex victoria meruit, ut deinceps, sicut confessus est discipulis, nil tale sentiret. Bene dicere poterat iste: 'Quasi palma exaltata sum in Cades' (*Eccli. 24, 18*). Et David de illo: 'Justus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur' (*Ps. 91, 13*). Quantum idem postea multiplicatus sit per numerum discipulorum et exaltatus per gloriam signorum, novimus omnes.

152. (O m. XIX. C o p p. II, 82). X e n o c r a t e s[1]) philosophus, cum inter alios taceret, interrogatus, cur hoc faceret, respondit quia

---

6 post dignam **G.** — 10 contempl. aque eo M^4T^4. — ard. excitaret **G.** — 17 sigillatim **GHL.** — 22 pugna, ibi nec **G.** — 27 Chades **L.** — 31 Xenophantes M^3.

---

148. Vgl. Vitae patrum V 4, 67 = Migne, Patr. lat. 73, 873.
149. Vgl. Vitae patrum III 8 = Migne, Patr. lat. 73, 742. Enxemplos nr. 358.
150. Vgl. Vitae patrum V 10, 29 = Migne, Patr. lat. 73, 917.
151. Vgl. Nr. 246. Quelle ist Gregor, Dial. II 2 = Migne, Patr. lat. 66, 132; ed. Moricca S. 78 f.

---

[1]) Vgl. Valer. Maximus VII 2, Ext. 6. Vinc. Bellov., Spec. hist. IV cap. 14. Bei Stobaeus, Anthologium (ed. Wachsmuth et Hense), t. III, p. 630 dem Simonides zugeschrieben.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

„locutum me aliquando penituit, tacuisse nunquam.“ Theocritus[1]) vero philosophus dicebat verbositatem mendacium longum. Quod abhorret paganus, vitare debet christianus.

153. (Om. XIX. Copp. II, 82). Refertur de quodam viro sancto quod tempore quodam propter suam sobrietatem, continenciam et mansuetudinem aliasque virtutes cum elevatus fuisset in superbiam, facta est vox ad eum, que diceret: „Elige tibi unum ex hiis, scilicet ut inebrieris vel ut forniceris vel ut homicidium incurras; futurum est enim, ut aliquo horum punitus humilieris.“ Ille verbis ad se facte vocis credens, quod sibi videbatur minimum, elegit, scilicet inebriacionem. Quid plura? Inebriatus et per illam a mente deductus procurante diabolo mulierem incurrit, quam mox post peccatum nimio se agitante dolore crudeliter occidit. Sicque de peccato ruit in peccatum, et est evidens satis ruina hominis huius exemplum quod aliquando per peccatum puniatur peccatum.

154. (Om. XIX. Copp. II, 84). Quanti valoris sint aromata spiritualia fide, spe et caritate comparata, vel quantum eis ungi, id est placari, delectetur gracia divina, uno ostendam exemplo. Ex relacione domini Conradi, quondam Halberstadensis episcopi, nunc monachi ordinis nostri[2]), veraciter didici, quod dicturus sum. Cum sacerdos quidam ante non multos annos in nocte quadam Natalis Domini de villa transiret in villam matutinas et missarum sollempnia illic celebraturus, mulierem in agro offendit et incurrit. Perpetrata culpa tam nefaria, cum sacerdos alius non adesset nec aliquam necessitatem certam pretendere posset, ecclesiam intravit dictisque matutinis missam de nocte inchoavit. Facta vero transsubstanciacione ipso aspiciente columba nive candidior super altare descendens totum, quod erat in calice, ebibit sicque rostro hostia sublata celerius avolavit. Quid plura? Simile actum est in missa de mane necnon et in missa de die . . . Iam dicto sacerdote post trinam sacramenti subtraccionem territo nimis, suscitavit in eo Christi misericordia Mariam Mag-

1 Theotricus GLM[3]. — 10 sc. ebrietatem GHL. — 12 pecc. miro se GL. — 19 Chunradi G, Chûnradi L. — Haberstandensis GL. — 20 ver. cognovi quod G. — 29 de missa in mane M[4]T[4].

153. Vgl. Et. de Bourbon nr. 481. Wright, Lat. stories nr. 97. Welter, Speculum laicorum nr. 206. Bolte zu Pauli, Schimpf und Ernst nr. 243. Exemplos nr. 56. Herbert, Cat. of rom. III 131, 103; 339, 2; 385, 206; 648, 4. R. Köhler, Kl. Schriften II 533. Langlois, Nouv. fr. du XVe siècle, p. 102. Revue des trad. pop. XIV 289 (arab.). A. Taylor, The three sins of the hermit = Mod. Philology XX (1922), 61. Méon, Nouv. rec. II 173: De l'ermite qui s'enyvra.

154. Vgl. Dial. mirac. II 5.

1) Ich habe die Quelle nicht ermittelt.

2) Konrad von Krosigk, Bischof von Halberstadt, lebte zuletzt seit 1209 als Mönch im Kloster Sichem (bei Eisleben, s. Janauschek, l. c. Sichemium, Sittichenbach, p. 63), starb 1225. Nebe, Ztschr. d. Harz-Vereins XIII (1880), 209 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dalenam, id est cordis contricionem, et Mariam Jacobi, scilicet oris confessionem, et Salome, id est promptissimam satisfaccionem. Quibus tali ordine graciam salutarem ungere, id est mitigare, meruit et recipere, necnon et gloriam resurreccionis illius videre. Veniens autem ad quendam abbatem ordinis Cisterciensis, quid commiserit quidve in sacramento gestum sit, cum multis lacrimis et singultu cordis confessus est. Ille sicut homo prudens aromata allata, id est virtutem contricionis et confessionis, probare volens, penitenciam iniungendam distulit, dicens: „Vade et dic missam moxque revertaris.“ Ivit ille et celebravit, et ecce! ante horam sumpcionis columba rediens tres hostias, quas singillatim tulerat, rostro referens et trium missarum liquorem de gutture suo eructuans calici immisit et avolavit. Sacerdos hec videns et cum multa cordis leticia dona celitus sibi transmissa sumens ad confessorem rediit, quid actum sit, retulit et, ut ab eo ordini incorporaretur, instanter petivit. Cui abbas: „Non te hoc tempore suscipiam, sed volo, ut mare transeas et tribus annis pro peccato tuo infirmis serviendo Deo satisfacias. Postea, si reversus fueris et volueris, suscipiam te.“ Quod ita factum est.

155. (Om. XIX. Copp. II, 88). Videmus aliquando monachos naturaliter pallidos tempore devocionis facies habentes tam igneas, ut oculi eorum scintillare videantur et quendam nobis reverencie timorem incuciant. Hoc legitur de sancto Arsenio[1]), hoc eciam refertur de beato David Claustrensi[2]) monacho. Hunc cum quidam sacerdos videre volens ad monasterium venisset, ex ordinacione Dei in dormitorio iuxta gradus illum repperit iacentem in oracione. Erat autem facies eius quasi fulgur ex vi devocionis, que eum in eodem loco deposuerat. Et graviter scandalizatus sacerdos, putans ex hesterna ingurgitacione vini eidem hoc accidisse, quid vidisset, priori retulit. Ille de signis beati viri sciscitans et ex relacione sacerdotis dominum David fuisse illum cognoscens ait: „Ille est, quem queritis“, causam devocionis ei aperiens.

156. (Om. XIX. Copp. II, 90). Qui ‘observat nubes’ (*Eccles. 11, 4*) in sermonibus delectando adulatorum, ‘nunquam metet’ bona opera interim faciendo. Quod timens vir quidam sanctus, sicut scribit beatus Gregorius in Dialogo[3]), cum eum rusticus quidam videret, despiceret et a multis laudatum vituperaret, in vituperantis amplexus cum gaudio ruit, non hostem, sed amicum illum iudicans.

---

10 et ecce hora GLM[3]. — 30 ill. recognoscens M[4]T[4]. — 33 opera vicem interim G.

---

[1]) S. oben Nr. 11.

[2]) Ueber David von Himmerode s. oben Nr. 61. 116. 119. Die Erzählung stammt nicht aus der Vita Davidis Claustrensis. Aehnlich Exemplos nr. 86.

[3]) Vgl. Gregorius, Dial. I 5 = Migne, Patr. lat. 77, 180; ed. Moricca S. 40 f.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

157. (Om. XX. Copp. II, 92). Erat ante annos paucos miles quidam in Saxonia, Ludolfus nomine, sed tyrannus accione. Hic cum die quadam vestibus novis atque preciosis indutus per viam equitaret, rusticum cum curru obvium habuit. Cuius cum vestimenta ex rotarum impulsu luto aspergerentur, utpote miles superbus commotus est valde et gladio mox extracto pedem homini precidit. Unde postea valde compunctus in domo, que Porta[1]) dicitur, ordinis Cisterciensis factus est monachus. Non multo post in gravem morbum incidens, cum cottidie peccata sua deplangeret, maxime precisionem iam dicti pedis, infirmario se consolanti respondit: „Non potero consolari, nisi videro signa Job in corpore meo." Et ecce! post dies paucos cicatricem ad instar fili coccinei contemplatur circa talum suum, in eodem pede et in eodem loco, ubi rustico pedem truncaverat. Qui paulatim cepit putrescere, ita ut vermes de eo scaturirent. Tunc repletus gaudio ait: „Modo de venia spero, modo Jhesum in me resurrexisse credo, quia signa Job in corpore meo video". Sicque in multa cordis contricione atque graciarum accione invalescente morbo spiritum reddidit. Huius miraculi testes sunt omnes fratres domus predicte.

158. (Om. XXI. Copp. II, 97). NOVICIUS. 'Ego sum pastor bonus, et agnosco meas et cognoscunt me mee' (*Joh. 10, 14*). Audiant hoc, qui plures habent ecclesias, qui diversas animarum curas receperunt et forte paucas vel nullam ex ovibus commissis neque facie neque nomine noverunt. MONACHUS. Verum dicis; valde eis timendum est, necnon et illis, qui eas conferunt. Quod enim satis miserabile est satisque detestabile, hoc temporis laicis, id est sine ordinibus, necnon et infantibus, quod periculosius est, qui nondum positi sunt ad litteras, cura animarum committitur. NOVICIUS. Unde quendam virum litteratum religiosum, in quo zelus erat iusticie, in synodo Coloniensi audivi dicentem: „Quomodo regerent animas, qui necdum noverunt regere bracas suas?"[2]). Non boni pastores isti . . . NOVICIUS. Satis potentes sunt hodie archidiaconi, adiutores episcopi, sed timorem Dei, veritatem et execracionem avaricie in eis non videmus. Satis eciam solliciti sunt, ut ecclesiarum sacerdotes agnoscant, non ut sciant, qualiter oves regant, sed quantum quis solvere possit. MONACHUS. Fateor, diligenter satis discernunt inter pastorem et mercenarium, inter ovile et ovile, et utinam hoc propter zelum iusticie et non propter emolumentum lactis et lane[3]). Unde Oliverus scolasticus Colo-

2 Ludolphus M[4] T[4]. — 6 prescidit M[4]. — 9 plangeret GHL. — 11 signa beati Iob G. — 30 brachas M[4] T[4].

157. Aus Dial. mirac. XI 18.

[1]) Pforta bei Naumburg, s. Janauschek, Orig. Cist., p. 25, heute Schulpforta mit der seit 1543 dort eingerichteten Landesschule.

[2]) Vgl. etwa Herbert, Cat. of rom. III 490, 146.

[3]) Carm. Bur. (ed. Hilka-Schumann) 36, 3: quod lac et lanam eruis gregis cui constituit te pastorem; 45, II: Curia Romana non curat ovem sine lana. Bolte zu Pauli, Schimpf und Ernst nr. 742: Kaiser Tiberius rät seinen

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

niensis in sermone suo nuper presentibus quibusdam archidiaconis sic ait: „Quando archidiaconus parochias suas visitat, si sacerdos nescit credere in Deum [1]), id est virtutem preposicionis intelligere, statim hereticus iudicatur; dat pecuniam, et sanctificatur." Non ista dico capita ecclesie dampnando, quia multi ex episcopis, archidiaconis et sacerdotibus boni et cura pastorali digni sunt, sed malicia temporis nos ista dicere compellit. Quidam episcoporum provincie nostre, cum populum sibi subiectum duris et frequentibus exaccionibus angariaret et de hoc a quibusdam argueretur, verbum hoc respondit: „Bene licet pastori proprias oves tondere; lana iterum recrescet." Hoc eciam scias quod bene et misericorditer hoc tempore cum quibusdam ovibus ageretur, si pastores lanam solummodo et lac illarum tollerent et non eas mactarent, excoriarent atque devorarent. NOVICIUS. Quid vocas lac et lanam? MONACHUS. Substanciam exteriorem. NOVICIUS. Quid est mactare, excoriare et devorare? MONACHUS. Diciores propter pecuniam occasione nacta capere, incarcerare, fame, frigore et vinculis affligere. NOVICIUS. De hoc michi referas exemplum. MONACHUS.

Es folgt Nr. 159.

159. (Om. XXI. Copp. II, 98). Quidam archiepiscopus Maden-

10 lana enim recr. M 3. — recrescat G, crescit M 4, crescet T 4. — 16 occ. nata T 4. — 20 Medenburgensis M 3, Medeburgensis M 4.

159. Vgl. Schönbach, Studien zur Erzählungsliteratur des Mittelalters III. Die Legende vom Erzbischof Udo von Magdeburg = Sitzungsber. der Ak. d. Wiss. Wien, phil.-hist. Kl. 144 (1902), 2. Abh., S. 19 ff.

Steuerräten, Schafe zu scheren, nicht aber sie zu schinden. Petri Cantoris Verbum abbreviatum, cap. 23 = Migne, Patr. lat. 205, 83: Hi non sunt pastores ovium, sed tonsores, excoriatores, depilatores, lupi et emunctores pecuniarum, lac et lanam in ovibus querentes, lucro inhiantes potius quam saluti animarum intendentes. J. Th. Welter, Tabula exemplorum nr. 252.

[1]) Zu credere in Deum vgl. Nr. 60. 166 u. Dial. mirac. III 6. Hom. fest. (Copp. IV, 80): Credere in Deum est ire in Deum. Et est talis fides valde salutifera, eo quod caritate sit informata. Quid vel qualiter sit credendum, quidam eleganter satis hiis verbis expressit:

Credo, inquit, in Deum.
Ab hac fide non recedo,
sed in Deum firmus credo.
Nam si preposicio
desit, nec accusativus
michi prodest nec dativus,
si salutem sicio.
Credo Deum, credo Deo,
sed in Deum credens eo
propinquus saluti.
Prima duo non spernenda
neque magni sunt pendenda:
sed prestat fides hec posterius,
per quam hominis spiritus
in Deum transit,
ipsum Dei Patris domum efficit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

burgensis[1]) tempore quodam in pecunias civium suorum inhyans, cum illis in civitate nocere non posset, amicabiliter evocavit. Quibus nichil mali opinantibus frivola quedam obiciens cepit, incarceravit, pecuniam gravem ab eis exigens. Quod ubi civitati innotuit, sacerdos quidam iustus et sanctus maioris ecclesie de sollempni pulpitum ascendit hiisque verbis populum allocutus est: „Audite, boni homines, audite: Episcopus noster, qui loco pastoris fuerat ordinatus, nunc factus est lupus. Oves, quas pascere, fovere et custodire debuerat, rapit, dispergit et mactat. Rogate Deum, ut illum mutet vel celerius de medio tollat."

160. (Om. XXI. Copp. II, 98). NOVICIUS. Puto quod mala latera et consilia militaria ad huiusmodi scandala sepe episcopos impellant. Milites crebro, clerici rarius circa illos versantur. MONACHUS. Ita est. Milites, ut eis stipendia sua augeantur, ut copiosius infeodentur, sepe suadent, ymmo instigant episcopos, ut exacciones omnes faciant, ut thelonea aggravent, et fit 'sicut populus sic et sacerdos' (*Os. 4, 9*) . . . Vinea Domini a pastoribus demolitur, cum per episcopos populus terre ob predictas rapinas in sua substancia minuitur. Quanto plus negociatoribus, qui provincias pascunt, rapiunt, tanto carius, quod residuum est, vendunt.

'Quicquid delirant reges, plectuntur Achivi' (*Hor. epist. 1, 2, 14*). Pars Domini conculcatur, quando relicto et contempto consilio cleri a personis laicis, quorum manus ad fas nefasque venales sunt, pontifices reguntur. Ab hiis eductus et deductus Coloniensis archiepiscopus Theodericus[2]) per totam quadragesimam, ut nosti, non oracionibus et elemosinis, sed incendiis vacavit atque rapinis. Unde eodem tempore iusto Dei iudicio excommunicatus est et depositus. NOVICIUS. Si idem Theodericus tunc usus fuisset consilio priorum suorum et non curialium, forte in honore suo stetisset. MONACHUS. Idem contigit antecessori eius Adolfo[3]). Duplicem habent gladium pene omnes episcopi Alemannie, unde et magnus eis timor incumbit. Hoc considerans scolasticus quidam Parisiensis dixisse[4]) fertur: „Omnia possum credere, sed non possum credere

16 telonia T[4]. — 19 provincias fehlt HL, alios G. — 24 et seductus G. — 30 Adolpho M[4]T[4].

[1]) Magdeburg.

[2]) Erzbischof Dietrich I. von Köln (1208—1215), der 1212 exkommuniziert wurde. Caesarii Cat. archiep. Colon. (MG. SS. 24, 346). Vgl. Dial. mirac. VII 40 u. unten Nr. 181. Knipping, Regesten der Erzbischöfe von Köln III, S 9 ff.

[3]) Adolf I. von Altena, 1193—1205 und nochmals 1212—1216 Erzbischof von Köln, exkommuniziert 1205. Caesarii Cat. archiep. Col. (a. a. O.). Ueber Adolfs unselige Politik und Geiz vgl. u. a. Dial. mirac. II 30. Vgl. über ihn Knipping a. a. O. II, S. 293 ff. und III, S. 21 ff.; C. Wolfschläger, Erzbischof Adolf I. von Köln als Fürst und Politiker, Diss. Münster 1905 (= Münsterische Beiträge zur Geschichtsforschung, Neue Folge 6).

[4]) Vgl. Dial. mirac. II 27.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quod unquam aliquis episcoporum Alemannie in suo episcopatu possit salvari." NOVICIUS. Hoc falsum est, quia ex episcopis Coloniensibus Bruno primus[1]), Peregrinus[2]), Herimannus[3]), Anno[4]) sancti sunt: hii omnes duces erant et pontifices. MONACHUS. Illi omnes viri erant pii ac religiosi, castra, sicut in eorum gestis legitur, destruentes et monasteria edificantes. Modo castra edificant et cenobia sive in edificiis sive in prediis dissipant. Ad huiusmodi opera incitantur consiliis militaribus, linguis secularibus ab eis, qui de disciplina sunt Doech Ydumei, cuius consilio trucidati sunt sacerdotes Domini in Nobe (*1 Reg. 22, 18—19*). NOVICIUS. Quis est iste Doech? MONACHUS. Potentissimus pastorum Saulis, diabolum significans. Huius oves sunt homines militares, et hoc, quamdiu sub signis eius militant. NOVICIUS. Vellem michi hoc exemplificari. MONACHUS.

Es folgt Nr. 161.

161. (Om. XXI. Copp. II, 99). In Nivellia[5]) oppido diocesis Leodicensis[6]) femina quedam valde religiosa, cum in oracione esset, quasi hominem in figura pastoris cum pera et virga pastorali coram se stare conspexit. Cui cum illa diceret: „Quis es?" et ille responderet: „Ego sum pastor", femina mox ex horripilacione suborta eum cognoscens subiunxit: „Heu heu, latro, quid est, quod loqueris? Tune es pastor?" „Ego sum" inquit „pastor. Et quis est pastor bonus nisi ego?" Dicente femina: „Bonus pastor est Dominus meus Jhesus Christus, boni eciam pastores sunt magister Jacobus[7]), magister Thomas[8]), magister Johannes[9]) et ceteri boni predicatores nostri", respondit diabolus: „Si vis, poteris cras cognoscere, quam sollicite et quam ordinate per talem portam civitatis greges meos duc-

3 Herim. (Hermannus **GM**[4]), omnes sancti sunt hii duces **GHLM**[3]. 7 in edif. suis sive **T**[4]. — 8 secul. et ab eis scilicet qui **G**. — 11 Doeich **M**[4]. — 17 Leodiensis **M**[4]**T**[4]. — valde fehlt **GHL**. — 20 horribilitate **GL**. — 21 quod dicis **M**[4]. — 25 ceteri fehlt **GHL**.

161. Vgl. J. Greven, Der Ursprung des Beginenwesens, Hist. Jahrbuch XXXV (1914), S. 26 ff., der S. 51 (Anm. 5) ff. die Benutzung von Jacobus de Vitriaco, Vita Mariae Oigniacensis lib. II cap. 4 (Acta Sanctorum Iunii IV, 655 § 70) erweist.

[1]) Bruno I. (953—965). Für diesen wie die folgenden Erzbischöfe vgl. den von Caesarius fortgesetzten Katalog, MG. SS. 24, 338 ff.
[2]) Pilegrim (1021—1036).
[3]) Hermann II. (1036—1056).
[4]) Anno II. (1056—1075).
[5]) Nivelles (Brabant).
[6]) Lüttich.
[7]) Wohl Jacobus de Vitriaco ist gemeint, s. Greven a. a. O. S. 27 ff., 53 (Anm.).
[8]) Thomas von Cantimpré, s. Greven a. a. O. S. 53 (Anm.), 300 ff.
[9]) Vgl. De zelo animarum magistri Joannis de Nivella, decani quondam Leodiensis ecclesie (gest. 1233) bei Thomas Cantipr., Bonum universale de apibus II cap. 31, § 3—5. Er ist seit 1199 in Lüttich urkundlich nachweisbar, s. Greven a. a. O. S. 30.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

turus sim et cum quanta alacritate michi obediant.“ Que exiens intellexit totam civitatem militibus repletam, qui mane per predictam portam egressi per turmas suas ordinate satis incedebant, ad locum tornamenti [1]) properantes. — Talium consiliis modo utuntur presules ecclesiarum. NOVICIUS. Non ergo mirum, si fiunt seculares. MONACHUS. Novi nonnullos ante episcopatum religiosissimos, qui in episcopatu a perversis ita sunt perversi, ut secularibus magis fierent seculares et pauperum exactores . . . Ut enim taceam de magnis pastoribus, id est prelatis, de quibus pro exemplo satis dictum est, tanta est avaricia sacerdotum, ut eis lac et lanam [2]), id est decimas et oblaciones, tollere non sufficiat, quin eciam ipsa ovium stercora, que in agros efferenda essent, in suis granariis, cellariis et areis reponant. NOVICIUS. Quid appellas stercora? MONACHUS. Penitencium peccata, de quibus per prophetam dicitur: ‘Computruerunt iumenta in stercore suo’ (*Joel 1, 17*). Quando per confessionem huiusmodi fimus egeritur, consulentes avaricie sue sacerdotes penitenciam pro criminalibus iniunctam, ut sunt carene, que in agros, id est in publicum, deferenda esset, ut redimant, consulunt sicque redempcionis precium, sive in annona vel in vino vel in pecunia sit, in predictis locis reponunt . . Bene sciunt avari sacerdotes inter pecus et pecus, inter pingue et macilentum, inter forte et infirmum discernere, sed hoc non propter emundandam conscienciam, sed ymmo propter lac et lanam.

162. (Om. XXI. Copp. II, 100). Unde apostolus dicit: ‘Novit Dominus qui sunt eius’ (*2. Tim. 2, 19*). Hanc Domini vocem quidam pastor bonus semper in memoria habens dixit verbum memoria dignum. Tempore imperatoris Friderici primi, cum Christianus, archiepiscopus Mogunciensis [3]), per Lombardiam cum eo transiret et cum quodam episcopo illius terre de diversis conferret, ait ille archiepiscopo: „Domine, nostis nomina omnium vobis commissorum?“ Subridente Christiano et dicente: „Pene tot homines sunt in episcopatu meo, quot in tota Lombardia, et quomodo illos omnes nosse possem?“ Episcopus periculum illius considerans et expavescens re-

3 tormenti M [4]. — 4 modo fehlt GHL. — 12 et areis (archis G) ponant GL. — 17 carrene G. — 22 sed pocius propter G. — 26 Temp. enim imp. G. — Frederici M [4]. — 27 Maguntinensis M [4], Moguntinensis T [4]. — 31 omnes fehlt GL.

162. Vgl. oben Nr. 160 u. Dial. II 29. Aehnlich bei Thom. Cantipr., Bonum universale de apibus I cap. 9, § 6 u. bei Et. de Bourbon nr. 400 und 496 der Bericht Aimons, Cantors von Lyon und späteren Bischofs von Mâcon (1219—1242), der den Erzbischof Jean aux Blanches-Mains auf einer Seefahrt begleitete und auf einer Insel einen Bischof antraf, der die Namen aller ihm anvertrauten Seelen genau kannte.

[1]) Gegen die ritterlichen Kampfspiele vgl. auch Dial. mirac. VII 38. XII 16.
[2]) Vgl. Nr. 160.
[3]) Christian Erzbischof von Mainz seit 1165, Kanzler Friedrichs I., gest. in Frascati 1183.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

spondit: „Ego novi nomina omnium ovium michi commissarum, que scripta continentur in hac cartula", extractam illi ostendens. — Cognoscitur episcopus a suis ovibus per fidem et dileccionem.

163. (Om. XXI. Copp. II, 102). Quidam vero fures sive latrones imitantes [1]) ad hoc tantum baptizantur, ut furentur et mactent et perdant. Unde plures Sarraceni temporibus nostris baptizati sunt tantum, ut sine nota christianorum vires, numerum et instrumenta bellica suis proderent. Quod et fecerunt. Isti fures erant; alii more latronum crudelius agentes sub pelle quidem ovina, id est simulata simplicitate, ingressi sunt, sed nacta oportunitate maliciam ostendentes lupinam principes nostros laniaverunt. Occiderunt enim cultellis Conradum marchionem et regem Jherosolimitanum [2]), virum omni probitate perspicuum, in medio civitatis sue, necnon et spectabilem iuvenem, filium comitis Tripolitani [3]), in medio ecclesie.

164. (Om. XXII. Copp. II, 103). Quibusdam eciam conceditur faciem Christi videre oculis corporalibus, sicut nuper audivi a quodam sacerdote ordinis Carthusiensis, nomine Nicolao. Ait enim: Femina valde religiosa et Deum timens habitat in villa Vervino [4]) diocesis Laudunensis, Heilwigis nomine. Hec cum die quadam ad prunas sedens proprium infantulum in sinu foveret, Salvator illam probare volens ex latere stans ei visibiliter apparuit. Quem cum videret, ex nimio gaudio oblita infantis ad illum cucurrit. Et ecce! infans illa surgente in ignem lapsus est. Christo mox disparente femina rediit vidensque parvulum in igne iacentem illesum ter-

2 Cognosc. Christus a **LM** [4], Cogn. autem ep. **G.** — 4 f. et latr. **M** [4]. — 11 cultellis fehlt **M** [4] **T** [4]. — Cunradum **HT** [4], Chunradum **GLM** [3]. — 17 Nycolao **M** [4]. — 18 valde fehlt **GHL.** — Werunio **M** [3]. — 19 Laudinensis **M** [4]. — Heylwigis G, Helewigis **M** [4] **T** [4], Heilebigis **M** [3].

164. Vgl. Caes., Libri mirac. II 11.

[1]) Aehnliche Klagen über die Pollani und gottlosen Christen im h. Lande bei Jacobus de Vitriaco, Hist. or. (Duaci 1597), p. 125 ff. 127 ff. 162 ff.

[2]) Markgraf Konrad von Montferrat, zum König von Jerusalem erwählt am 24. April 1192, doch in Tyrus von 2 Assassinen bereits am 28. April 1192 ermordet, vgl. Th. Ilgen, Markgraf Konrad von Montferrat, Marburg 1880, S. 121.

[3]) Raimund, Sohn des Grafen von Tripolis und Fürsten von Antiochien Boemund IV., wurde 1213 in der Marienkirche zu Tortosa (dem alten Aradus, arab. Tartûs) ermordet, s. Oliveri Historia Damiatina (ed. Hoogeweg) cap. 35, p. 234: (Hassessini et eorum preceptor Vetulus de montanis) tempore treugarum filium Tripolitani comitis adolescentem spectabilem in ecclesia beate Virginis apud Tortusam ante altare procumbentem nequiter interfecerunt, unde militia Templi non cessavit eos persequi pro tam religiosa emunitate violata, donec humiliarentur usque ad servitutem tributi. Vgl. R. Röhricht, Geschichte des Königreichs Jerusalem, Innsbruck 1898, S. 715 Anm. 4.

[4]) Vervins in der Picardie in der Diözese Laon.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rita nimis extraxit, semiustum illum estimans. Quem cum illesum reperisset, gracias egit Christo, cuius virtute servatus est.

165. (O m. XXII. C o p p. II, 104). Quanta ibi sit amaritudo, quando vincula anime rumpuntur, sepe apparet in agonizantibus, plenius tamen probatur in exemplo, quod subiungimus. Ante hoc septennium [1]), cum prior quidam de ordine Regularium in quadam curte monasterii sui hospites collegisset et iam mensa esset preparata, ipsa hora tanto sopore cepit deprimi, ut, nisi ocius dormiret, moreretur. Qui cum in lecto se reclinasset, mox quidam eius conversus, qui alteri grangie prerat, dormitanti affuit, dicens: „Domine, cum licencia vestra vado." Et ille: „Quo vadis?" Respondit conversus: „Ad Deum vado, quia mortuus sum in hac hora." Et prior: „Cum multi perfecti viri transeant per purgatorium, quid est quod tu tam absolute dicis te statim esse iturum ad Deum?" Ad quod ille respondit: „Habebam consuetudinem, ut, quociens transirem coram crucifixo, hanc dicerem oracionem: 'Domine, per illam amaritudinem, quam sustinuisti propter me in cruce, maxime quando anima tua egressa est de corpore tuo, miserere anime mee in egressu suo'. Et exaudivit oracionem meam Dominus meique misertus est." Et dixit prior: „Quomodo fuit tibi morienti?" Respondit: „Videbatur michi in agonia posito quod totus mundus esset lapis unus et premeret pectus meum."

166. (O m. XXIII. C o p p. II, 109). Virtutem huius oracionis 'credere i n Christum' diabolus bene intelligit. Cum in quodam obsesso ante annos paucos compelleretur dicere symbolum, nullo modo ad hoc induci poterat, ut diceret 'Credo i n Deum', cum tamen frequencius diceret et inoffense 'Credo Deo' et 'Credo Deum'. Demon credit, non diligit.

167. (O m. XXIII. C o p p. II, 110). Hodie heu! 'rara avis in terris' (*Juvenalis, sat. VI 165*) iusticia in iusticiis. Multi hiis temporibus iusticiam discunt, sed iusticiam non faciunt. Et videtur impletum in eis illud propheticum: 'Iusticiam discent omnes habitatores terre' (*Js. 26, 9*). Hodie adolescentes, iuvenes et senes passim currunt ad discendas leges, ad iura, ad decreta neque alicuius sciencie iudicatur, qui ignoraverit illa. Non discunt multi ex eis, ut dicit Y s a i a s, facere iusticiam, sed ut lucrentur pecuniam. Maiorem hodie fide excepta iusticiam in suis causis exercent ethnici quam christiani. In iure seculari atque civili tanta est iniuria, fraus et avaricia, ut iniuriam pacientes a suis coequalibus vel eciam inferioribus apud iudices querimoniam deponere

1 semivivum GHL. — 4 plen. tam. apparet M [4], plen. tam. appropriaretur GHL. — 8 et nisi cicius GL. — 11 quia moriturus sum M [4]. — 26 cr. nec diligit LT [4].

165. Aus Dial. mirac. XII 51.
166. Vgl. oben Nr. 158 u. Dial. mirac. III 6.

[1]) quadriennium im Dial. mirac.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pertimescant. Iustificatur tamen a iure ecclesiastico. Cum causidici seculares manus venales habeant et causas ipsas levioris muneris gracia decidant, clerici iuris periti linguas non solum non vendunt, sed et ipsas causas ob impinguandum salarium semper protrahunt sentenciamque diffinitivam, quantum valent, impediunt. Unde anno preterito quidam de ordine Predicatorum Colonie de talibus in publico predicavit: „Carnifices“ [1]) inquit „hodie iustiores sunt advocatis nostris: illi carnes suas vendunt nec recipiunt; isti linguam vendunt, precium recipiunt et tamen lingua carere nolunt.“ Carebunt vero in futuro, ubi neque pro se ipsis neque pro aliis allegare permittentur. Unde cum nuper quidam advocatus [2]) in Saxonia mortuus esset, non est inventa lingua in ore eius.

168. (Om. XXIII. Copp. II, 110). Cum ante aliquot annos Moguncie [3]) inter duos clericos, unum divitem et alterum pauperem, super quadam ecclesia contenderetur et utriusque partis advocati verbis diu disceptassent, tandem pauperis advocatus, sicut multis videbatur, a divite corruptus se victum simulans cedere cepit. Missi sunt a iudicibus, qui pauperi suaderent, ut ante sentenciam se gracie submitteret. Qui cum in ancipiti staret atque nutaret, Spiritus sanctus pro eo os sacriste illius ecclesie, viri boni atque iuris periti, cepit arguere tam advocatum quam iudices de iusticia dissimulata. Et prosiliens sic ait pauperi: „Domine clerice, state, nolite cedere: ego causam vestram suscipiam.“ Quid plura? Tam racionabilibus allegacionibus adverse parti institit, ut clerico destituto ecclesiam suam obtineret.

169. (Om. XXIII. Copp. II, 111). Quantum Spiritui sancto in iudicibus iustum iudicium placeat, subsequens exemplum demonstrat. Episcopus Leodicensis [4]), cum in capella sua tempore quadragesimali sederet et psalmos legeret venissetque ad tercium versiculum psalmi centesimi quinti, aliquis ex officio ingressus ait: „Domine, quid iubetis, ut fiat de facinoroso illo?“ Respondente episcopo: „Parce pauperi propter sacrum tempus“, oculos ad psalmum reflexit, et ecce! versiculus occurrit: ‘Beati qui custodiunt iudicium et faciunt iusticiam in omni tempore’ (*Ps. 105, 3*). Statim acsi argueretur a Spiritu sancto de neglecto iudicio, iudicem revocavit et, ut rigorem iusticie circa reum exerceret, precepit.

13 Maguncie LM[3]. — 15 sub quadam M[4]T[4]. — 19 pro eo fehlt M[4]T[4].

168. Vgl. nach Caesarius auch eine Erzählung bei Herbert, Cat. of romances III 587, 66.
169. Vgl. Dial. mirac. III 20. Kaufmann, Annalen XLIII (1891), S. 204.

[1]) Zum Gleichnis Richter und Fleischer vgl. Rosarium (1503), t. II fol. 252 rb.
[2]) ‘decretista’ Dial. mirac. XI 46.
[3]) Mainz.
[4]) Lüttich.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

170. (Om. XXIV. Copp. II, 114). Tanti valoris ac ponderis est oracio pura et fervida, ut eciam montem transferat (*1 Cor. 13, 2*) de loco suo. Ut enim de antiquis taceam miraculis, quid cuidam oranti ante non multos annos contigerit in domo nostra, retexam. Theodericus de Lureche[1]), monachus noster, quondam canonicus Bunnensis[2]), quem multi nostri noverunt, die quadam cum conventu exierat ad lapides eruendos de monte proximo monasterio. Cumque maximum lapidem a conventu semotum conspiceret, quadam ductus curiositate instrumentum admovit, sed nichil prorsus profecit. Nec mirum: fuerat siquidem tante quantitatis sicque terre radicitus infixus, ut a viginti viris non posset moveri. Recordatus Dominice promissionis genua flexit et oravit. Completaque angelica salutacione cum oracione dominica, mox ut manus apposuit, lapis virtute divina levatus exiliit. Et cum se in saltus daret, vix evadere potuit subtus laborans conventus, Theoderici clamoribus monitus. Hec vero in confessione domino Henrico[3]) abbati nostro recitans rogavit, ne alicui hominum diceret, quoad viveret. Quod et fecit; nam usque hodie eiusdem miraculi testis est.

171. (Om. XXV. Copp. II, 122). Est quidam abbas nigri ordinis in episcopatu Leodicensi[4]), qui sepe spoliat Egypcios, ut ditet Hebreos. Ex multa misericordia iustus iste frequenter accomodat a divitibus pecuniam, indigentibus illam distribuens, et cum creditores sua requirunt, nichil illis solvit. Quis sine spiritu Dei talia presumeret?

172. (Om. XXVI. Copp. III, 7). Cum ante aliquot annos in Lombardia heresiarches quidam Johannis ewangelium sollempniter legeret intrassetque scolas eius Johannes, episcopus Camaracensis[5]), cum Henrico, scolastico sancti Gereonis in Colonia[6]), et Hermanno, nunc decano Bunnense[7]), legeretque illum locum: 'Nunc princeps tuus huius mundi eicietur foras' (*Joh. 12, 31*), sic exposuit: „Ecce Christus diabolum vocat principem huius mun-

5 Lûreche **GHL.** — 6 Bůnnensis **GHL.** — 8 conventu suo immobilem permansisse conspic. **G.** — 10 fuerat enim tante **G.** — 15 clam. munitus **GHLM**[3] **T**[4]. — Hainrico **H**, Haynrico **G.** — 16 nostro fehlt **LM**[4] **T**[4]. — 21 iustus ille **M**[4] **T**[4]. — 25 heresiarcha **M**[4]. — 26 intrassentque **GHL.** — 27 Heinrico **GHL.** — 28 Bůnense **M**[3].

172. Dial. mirac. V 25.

[1]) Dietrich von Lorch, auch genannt Dial. mirac. I 35. VII 21. IX 2.
[2]) Bonn.
[3]) Heinrich I., Abt von Heisterbach 1208—um 1240. Vgl. F. Schmitz, Urkundenbuch der Abtei Heisterbach, Bonn 1908, S. 21.
[4]) Lüttich.
[5]) Bischof Johann von Cambrai (1200—1219) wird auch Dial. mirac. VII 40 erwähnt.
[6]) Heinrich war 1198—1219 Scholasticus an dem Gereonsstift in Köln; vgl. Knipping, Regesten II, S. 376 und III, S. 383.
[7]) Ueber den Dechanten Hermann von S. Cassius in Bonn vgl. Kaufmann, Annalen XLVII (1888), S. 134 Anm. 2; Knipping III, S. 345.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

di, quia creavit hunc mundum." Erat enim Manicheus, duo credens principia: deum bonum et deum malum.

173. (Om. XXVII. Copp. III, 10). Quam ineffabile, quam inexplicabile et quam salubre sit sacramentum atque memoria summe et individue Trinitatis, ternis pandam exemplis. Sanctimonialis quedam ante paucos annos, cum die dominica staret in choro et fides Athanasii decantaretur ad primam illaque misterium Trinitatis et unitatis attenderet, mente excedens tantum suavitatis atque intelligencie de eodem sacramento concepit, ut abbati nostro [1]), qui pater est eiusdem domus, verbis exprimere non posset. Duravit autem in eodem excessu usque ad incepcionem misse matutinalis. Tunc demum a sororibus tacta ad se reversa est. Erat autem femina sancta et religiosa valde, plurimas percipiens divinitus consolaciones. — Quod vero racione explicari seu sapiencia humana comprehendi non possit hoc divinum misterium, subsequens declarat exemplum.

174. (Om. XXVII. Copp. III, 10). Quod dicturus sum, veridica didici relacione. Die quadam cum Parisius in scolis cuiusdam eximii magistri disputacio haberetur de sacramento Trinitatis, ceperunt scolares ab eo requirere aliquam manifestam similitudinem, per quam intelligere valerent, quomodo in una deitate tres esse possent persone, Pater scilicet, Filius et Spiritus sanctus, ita ut quelibet earundem personarum Deus sit, nec tamen tres dii, sed unus credendus sit. Quibus ille de sciencia sua presumens respondit: „Cras dicam vobis bonam similitudinem." Cui tota nocte per cogitacionem laboranti, cum nichil relacione dignum occurreret et mane scolas intranti discipuli dum promissam similitudinem importunius exigerent, tacuit ille. Qui cum instarent, magister capucio caput operiens cum silencio exivit et supra ripam Secane [2]) residens amplius de interrogatis meditari cepit. Et ecce! infantulum speciosissimum contra se sedere conspexit, qui fossam modicam, quam fecerat, digitulo flumini crebrius intincto eandem fossulam diligenter intus circumlinivit. In cuius aspectu delectatus, cum eum interrogaret et diceret: „Quid operaris, bone puer?", respondit: „Ego omnes aquas huius fluminis inducere volo in hanc fossam." Cui cum diceret scolasticus: „Hoc omnino impossibile est", subiunxit infans: „Possibilius est michi hoc facere quam te per similitudinem sacramentum Trinitatis posse explicare." Ad quod verbum mox disparens, quid de hoc sacramento credere quidve alios docere deberet, satis instruxit. Qui Deo gracias agens ad discipulos rediit et suam insuffi-

7 mist. sancte Trin. M 4. — 15 declarabit M 4. — 20 tres essent persone M 4 T 4. — 26 cum plurimum inst. G. — 27 et super rip. M 4 T 4. — 30 digito T 4. — fossam G.

173. Vgl. Dial. mirac. VIII 39.
174. Vgl. Caes., Libri mirac. II 1.

[1]) Abt Heinrich von Heisterbach, s. Nr. 170 u. 203.
[2]) Seine.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

cienciam confessus, quod sacramentum Trinitatis et unitatis non racione, sed fide discuciendum esset, edocuit.

175. (Om. XXVIII. Copp. III, 11). Quid vero boni honor et memoria sancte et vivifice Trinitatis non solum vivis, sed et mortuis conferat, exemplum subsequens manifestet. Retulit michi domina Mechtildis[1]), magistra in Fûsenich[2]), quod dicturus sum. Cum quedam ex sororibus defuncta esset, quedam alia soror, defuncte, ut puto, matertera, plurima ei psalteria legit, singulis psalmis adiciens 'Gloria Patri' cum inclinacione. Post paucos dies mortua viventi apparens et pro beneficiis gracias agens, cum illa de statu eius requireret, respondit: „Valde oracionibus tuis adiuta sum; unum enim fecisti, quod tu minus attendebas, quod maxime michi profuit." Dicente illa: „Quid fuit illud?" respondit: „Honor, quem inclinando exhibuisti sancte Trinitati, quando versiculum eius decantasti."

176. (Om. XXVIII. Copp. III, 13). Cum quidam philosophus in habitu contemptibili principis aulam adisset et diu pulsans non fuisset admissus, sed quociens temptasset ingredi, tociens contigisset eum repelli, mutavit habitum et assumpsit ornatum. Tunc ad primam vocem aditus patuit venienti. Qui procedens ad principem pallium, quod gestabat, cepit venerabiliter osculari. Super quo princeps admiratus, quare hoc ageret, inquisivit. Et ait philosophus: „Honorantem me honoro, quia, quod virtus non potuit, vestis obtinuit." O vanitas vanitatum: plus honoris ferri vestibus quam virtutibus, plus venustati quam honestati!

177. (Om. XXVIII. Copp. III, 15). Hodie multi sunt in ecclesia non solum ex laicis, sed, quod miserabilius est, ex clericis, qui plurimos canes, veltres scilicet et leporarios atque catellos, nutriunt et pascunt, qui unum propter Christum pauperem nutrire vel pascere non possunt. Incidunt panes integros canibus, nec unam elemosinam pauperi esurienti mittunt ad portam . . . Erat in domo nostra conversus quidam Lupertus nomine, homo tam etate quam moribus maturus et, sicut plures nostrum noverunt, valde religiosus, conversorum refec-

5 Methildis GHL, Melchidis M[3]. — 6 Fûsnich GL, Fusenich M[4]T[4], Frûsenichk M[3]. — 15 in veste contempt. M[4]T[4]. — 21 ageret cepit inquirere G. — 21 me fehlt M[4]T[4]. — 29 unam integram elemos. G. — 32 plures vestrum M[3].

175. Vgl. Caes., Libri mirac. II 2.

176. Aus Innocentii III. papae de contemptu mundi lib. II cap. 39 = Migne, Patr. lat. 217, 733.

Vgl. Dicta Aelfredi regis ed. Levison, Neues Archiv 35 (1910), S. 424 ff. Odo von Cheriton bei Herbert, Cat. of rom. III 70, 121 (Hervieux IV 332). Et. de Bourbon nr. 507. Bolte zu Pauli, Schimpf und Ernst nr. 416. J. Werner, Aus Züricher Hss. (1919), S. 77.

[1]) Auch erwähnt im Dial. mirac. I 42 u. IX 15.
[2]) Füssenich bei Zülpich, Niederlassung des Prämonstratenserordens.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

torarius. Hic post mortem cuidam converso in sompnis apparens visione satis manifesta, dum de statu suo requireretur, respondit se esse in penis, duas causas assignans: „Una est" ait „quod de reliquiis aliquando, unde poterant pauperes sustentari, misi in vas porcorum, expensis in hoc parcere volens; alia causa est quod forficem ad usus meos sine licencia servavi; est enim in foramine talis parietis", locum ei ostendens. Mane conversus ad locum accedens, dum forficem quereret et inveniret, reliqua esse vera deprehendit.

178. (Om. XXVIII. Copp. III, 16). Crapula vero et ebrietas, ut taceam de secularibus, sic eciam in religiosis memoriam obruunt et quodammodo sepeliunt, ut eis non libeat legere, non orare, non ad vigilias surgere, non psallere, non vigilare. Cum ad pronunciandam ewangelicam leccionem a quodam patre benediccio peteretur, hesternam crapulam et nocturnam ebrietatem eructuans fertur alta voce dixisse: „Potum servorum suorum benedicat rex angelorum." — Quid istum tunc temporis dixerim nisi crapula et ebrietate gravatum atque sepultum?

179 (Om. XXIX. Copp. III, 21). 'Colligite fragmenta, ne pereant' [1]). Huiusmodi fragmenta scripto maxime sunt colligenda, ut famelicis apponantur. Sunt nonnulli tante superbie vel, ut verius dicam, invidie, ut, si aliquid laude dignum legerint vel excogitaverint, unde alios edificare possent, non illud proferant vel ad legendum accommodent nisi sub quadam ostentacione sciencie et delectacione inanis glorie. Novi quendam prelatum satis quidem litteratum, sed non tantum, quantum videri voluit. Hic habebat librum mire moralitatis floribus depictum, de quo plura excerpere solebat, cum verbum Dei in palam proponeret. Quem cum moriens cuidam cognato suo legasset, adiuravit eum, ne unquam alicui hominum eundem librum ostenderet, timens eciam post mortem confundi, si a se dicta ibidem legerentur.

180. (Om. XXIX. Copp. III, 21). Alius quidam, quod maioris erat vesanie, plurimos sermones, quos per multos annos fratribus in capitulo recitaverat, fertur igne consumpsisse, timens, ne non predicaretur inventor novorum, sed notator verborum antiquorum, si in manus fratrum iidem sermones devenirent. Satis de talibus timendum est, ne pro tam superba predicacione flammas gehenne cum divite [2]) sustinere habeant, nisi condigne peniteant. Dives iste viciosus eos eciam significat, qui ad hoc tantum sciencias lucrativas, ut sunt leges et decreta, discunt, ut gracia illarum ditentur et tam in vestitu precioso quam in splendore epularum luxurientur. Habent enim libri iuris mul-

12 ad pronunciandum $M^4 T^4$. — 15 Quem istum GL.

178. Auch in Nr. 309. Das Beispiel aus Innocentii III. papae de contemptu mundi lib. II cap. 20 = Migne, Patr. lat. 217, 725.

[1]) S. oben Nr. 141.
[2]) Vgl. Luc. 16, 22 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tos et illustres auctores variosque expositores: quot ibi sunt volumina, tot fercula, quot exposicionum genera, tot salsamenta. Multi in eis voluptuose epulantur hodie, cibis spiritualibus, id est libris theologicis, neglectis ac postpositis. Quorum limina pauperes, scilicet causas habentes, frequentant, quorum elemosinas, id est consilia, multi quasi mendicando queritant.

181. (O m. XXIX. C o p p. III, 22). Mice sunt bona consilia cadentes de sciencia, quibus indigentibus advocati subvenire possent, sed gratis illa dare nolunt. Non est necesse de hiis longe querere exemplar. Cum T h e o d e r i c u s, C o l o n i e n s i s archiepiscopus [1]), culpis suis exigentibus, indigne satis et indebite depositus multisque vexacionibus esset exulceratus, curiam adiit I n n o c e n c i i pape, qui dives erat valde tam in substancia quam in sciencia, micis, id est iusticia et misericordia, sibi subveniri concupivit, sed neutrum accepit. Venerunt tamen canes, id est de cardinalibus quidam, vexacionibus eius compacientes, qui causam eius fovebant, sed modicum illi profuit. Cumque cuidam iurisperito quinque marce offerrentur, quatinus in curia pro eo loqueretur, respondens ille inquit: „Ego pedem meum non verterem pro quinque marcis." — Tales revera in futuro, quia peccant in lingua, amplius punientur in lingua; mors enim et vita in manibus lingue.

182. (O m. XXX. C o p p. III, 23). Cena fieri solet in fine diei. Quod tempus nobis congruit, in quos fines seculorum devenerunt. Dies usualis teste Christo duodecim horas habet. 'Nonne' inquit 'duodecim hore sunt diei?' (*Joh. 11, 9*). Numeremus ergo tempus omne ab incarnacione Domini usque ad illud tempus, quo ordo cepit C i s t e r c i e n s i s dividamusque in partes duodecim, cuilibet parti vel hore centum annos assignando, et inveniemus quod circa inicium hore duodecime ordo noster sumpsit inicium. Anno siquidem gracie millesimo centesimo pene incipiente beatus R u p e r t u s, abbas M o l i s m e n s i s [2]), Christi inspiracione admonitus, assumptis secum viginti et uno fratribus in C i s t e r c i u m [3]) devenit, ubi cenam peccatoribus necessariam preparavit, tunc quidem temporis parvam, sed maximam futuram. Cene ordo comparatur propter diete tenuitatem; orientales, apud quos parabola hec edita est, multo parcius cenantur quam Galli, multo laucius, ut nostis, ministratur C l u n i a c e n s i b u s quam Cisterciensibus habentque hoc ex quadam privata dispensacione, cum tamen idem ordo

29 Rubertus M [4] T [4], Rudbertus M [3]. — 34 cenant GL.

181. Vgl. Dial. mirac. VII 40 u. oben Nr. 160.

[1]) Dietrich von Hengebach, Erzbischof von Köln (s. Nr. 160), war 1212—1216 in Rom, um seine durch den Erzbischof Sigfrid von Mainz ausgesprochene Absetzung rückgängig zu machen. Vgl. E. Winkelmann, Philipp v. Schwaben u. Otto IV. von Braunschweig II, Leipzig 1878, S. 303, 432. Knipping, Regesten III, Nr. 107.

[2]) Vgl. Dial. mirac. I 1.

[3]) Cîteaux.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sit. Est adhuc alia racio, quare cene comparetur: cenaturi sic invitantur, ut non exeant, sed maneant in triclinio. Ad quodcumque officium, ut est predicacio, ad quantamcumque dignitatem, sive sit episcopatus vel patriarchatus vel papatus, ordinis nostri persone eligantur, de ordine eis exire non licet. Non eis licet habitum deponere, sed regulariter vivere, regulariter psallere et manducare tenentur. Cum anno preterito monachus quidam ordinis nostri se transtulisset ad ordinem Predicatorum, ne posset ab abbate proprio repeti, factum suum auctoritate domini Honorii pape[1]) petivit roborari. Cui cum apostolicus diceret: „Ubi est cuculla tua?“ et ille respondisset se habitum Predicatorum suscepisse, cum indignacione subiunxit: „Vade cito, resume habitum tuum.“

183. (Om. XXX. Copp. III, 24). Simile egit cum Christiano, quondam monacho nostro[2]). Hic cum multo tempore apostatasset, tacita apostasia ordinem intravit Predicatorum veniensque cum paucis fratribus Coloniam factus est ibidem prior eorum eratque eloquens valde, multam habens graciam in predicacione. Quem ante hoc quadriennium abbas Clarevallis ut apostatam excommunicavit, de civitate eum eliminans. Dominus Honorius papa ordinem novum promovere volens, eo quod utilis esset in predicacione, personam exemit et, ut habitum professionis sue resumeret, precepit. Quodsi de ceteris ordinibus, scilicet Cluniacensium, Kartusiensium, Premonstratensium, clericorum regularium sive canonicorum aliorumque ordinum sancte ecclesie religionem Cisterciensem quis debito modo susceperit, habitum sine timore et sine scandalo mutabit. Ecce! iam ostensum est, ut arbitror, qua similitudine ordo cene comparetur.

184. (Om. XXX. Copp. III, 24). Dominus Wilhelmus, sacerdos et monachus Clarevallis, cum in oracione staret, factus in excessu mentis raptus est ad tribunal Christi, ad cuius dexteram angelum cum tuba stare conspexit. Quem cum buccinare preciperet et ad sonitum tube totus mundus quasi folium de arbore tremeret, ut secundo buccinaret, clamavit. Beata Dei Genitrix, intelligens mundum consummari, si secundo buccinaret, ceteris sanctis tacentibus ipsa sola surrexit et ad pedes filii procidit et, ut adhuc sentenciam suspenderet, supplicavit. Cui Dominus: „Sic me mundus suis peccatis irritat, non solum laici, sed et clerici ac monachi, ut sentenciam suspendere vel eis parcere merito non debeam.“ Tunc illa: „Parce, dilecte fili mi, parce, etsi non propter illos, saltem propter amicos meos, personas ordinis Cister-

7 ad novum ordinem M^4T^4. — 11 cito fehlt GH. — 22 Carthusiensium M^4.

184. Aus Dial. mirac. XII 58.

[1]) Papst Honorius III. (1216—1227).
[2]) Verschieden vom Christianus im Dial. mirac. IV 30. XII 34.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ciensis, ut se preparent." Que exaudita est, sed quam diu, ignoramus. Ex quo profecto hic colligitur mundum stare oracionibus iustorum.

185. (Om. XXX. Copp. III, 25). 'Et misit servum suum hora cene dicere invitatis, ut venirent, quia parata sunt omnia' (*Luc. 14, 17*). Servum hunc secundum exposicionem precedentem beatum Bernardum, primum abbatem Clarevallis, intellige, qui, sicut in vita eius legitur, cognita bona fama novelle plantacionis domus Cisterciі tanquam bonus servus et fidelis, nondum ordini incorporatus, exemplo, oracione et verbis omnes, quos poterat, patrem videlicet, fratres, consanguineos, notos et amicos ad cenam preparatam vocavit. Ex quibus plures ei contradixerunt, alii se excusaverunt, quidam eum secuti sunt, ita ut cum triginta et uno sociis Cisterciu m intraret gracia conversionis. Servus iste bonus typum tenet omnium illorum, qui verbo vel exemplo alios ad ordinem invitant usque hodie.

186. (Om. XXX. Copp. III, 26). 'Tercius dixit: Uxorem duxi, et ideo non possum venire' (*Luc. 14, 20*). Iste se non excusat, quia tanta est in uxoratis conversionis difficultas, ut, si eciam adesset voluntas, deesset facultas. Sine licencia uxoris maritus converti non potest. De hoc habemus exemplum in vita sancti Bernardi de Gwidone, fratre eius primogenito [1]).

187. (Om. XXX. Copp. III, 26). Quod autem sequitur: 'Tunc iratus paterfamilias ait servo: Exito in plateas et vicos civitatis et pauperes ac debiles, cecos et claudos introduc huc' (*Luc. 14, 21*), ad hoc pertinet, quod apostolus dicit: 'Cui vult miseretur, et quem vult indurat, graciam non apponendo' (*Rom. 9, 18*). Hec clausula eciam ad litteram congruit sancto Bernardo, qui sepius, cum extraheretur ad diversa negocia, in vicis et plateis civitatum pauperes collegit, debiles sanavit, claudos erexit, ex quibus plures ad ordinis cenam vocavit, ad Claramvallem conversionis gracia illos deducens. De hiis multa restant exempla in libris vite eius; nam de Francia, Alemannia, Burgundia, Hispania, Lombardia, Italia, Apulia aliisque regionibus, ad quas illum sepius traxit necessitas ecclesie universalis, tantam adduxit multitudinem, ut merito dicere posset: „Domine, factum est, ut imperasti, et adhuc locus superest" (*Luc. 14, 22*). Cum tanta importunitate ac devocione presules

5 Bernhardum HL. — 6 intelligo M^4T^4. — 11 alii se excus. fehlt M^4T^4. — 19 vita beati B. HL. — Gwydone HM^4. — 23 cecos fehlt M^4T^4. — et cl. compelle intrare (s. Luc. 14, 23) ad GHL. — 31 Alamannia GL. — Hispania Lombardia fehlt G. — 32 sepius fehlt M^4T^4.

185. Vgl. S. Bernardi Vita prima, l. I auctore Guillelmo, cap. 3, 10 = Migne, Patr. lat. 185, 232.

[1]) Vgl. S. Bernardi Vita prima, l. I auctore Guillelmo, cap. 3, 10 = Migne, Patr. lat. 185, 232. Vita secunda, cap. 4 = ib. 185, 474. Vita tertia, cap. 5 = ib. 185, 525.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ecclesiarum et principes [1]) requirebant ab eo conventus fratrum ad novas abbacias constituendas, ut non sufficeret tot recipere, quot illum oportebat emittere. Et cum aliquando haberet centum novicios simul in probacione, semper tamen ad recipiendum alios supererat locus.

188. (Om. XXX. Copp. III, 27). 'Et ait Dominus servo: Exi in vias et sepes et compelle intrare, ut impleatur domus mea' (*Luc. 14, 23*). In viis sunt, qui liberi sunt, sicut onagri (*Job 11, 12*), semper instabiles et diversarum provinciarum castra vel civitates percurrentes. In sepibus sunt, quorum gressus, ne convertantur, divicie, honores et dignitates impediunt. Plurimos ex hiis venerabilis pater vi oracionis, sepius eciam gracie reluctantes convertit. Cum die quadam per viam equitaret eique vagi clerici, quos Everardinos vocant, occurrerent, ad conversionem illos monuit. Ad quem unus: „Ego ludam vobiscum tesseribus: si sors pro me responderit, detis michi equum vestrum; si pro vobis, sequar vos ad monasterium." Respondente sancto: „Fiat voluntas Domini", mox ille taxillos falsatos extrahens, XVIII puncta iactavit. Monachis turbatis et Dei consilium ignorantibus, vir beatus, spem habens in Christo pro hominis salute, tesseres levavit et deposuit. Et ecce! in duobus apparuerunt oculi XII, tercius vero in duas partes divisus, in uno latere VI, in altero V puncta declaravit. Quo viso territus clericus secutus est hominem Dei ad Claramvallem factusque est monachus probatus. Hoc factum usque hodie valde celebre est in scolis magistrorum Parisiensium.

189. (Om. XXX. Copp. III, 27). Alio itidem tempore scolasticum quendam Colonienſem per esum benedicti piscis convertit, necnon et milites plures per potum cervisie ab eo benedicte simili convertit virtute.

190. (Om. XXX. Copp. III, 27). In ordine nostro, quem cenam Christi diximus, multiplex est dulcedo, quam tempore oracionis, contemplacionis, leccionis et nonnunquam in mensa monachi et monache

9 ne conv. fehlt GHL. — 11 convertit. Ecce! exempla pauca de multis cum T [4]. — 12 Evsardinos HLM [3], Ewsardinos G. — 15 sancto Bernardo: Fiat M [4]. — 17 vir sanctus, spem G. — 20 puncta iactavit GHL. — 22 valde fehlt G.

188. Die Vorlage für Caesarius fand ich nicht.

Vgl. Gesta Romanorum (ed. Oesterley) cap. 170. Scala celi fol. 157 b. Legenda aurea (ed. Graesse) cap. 120, p. 534. Pelbartus, Serm. aestival. (bei Katona) 9, 10. Exemplos nr. 183.

189. Auch in Nr. 228. Zu 1 (geweihter Fisch) vgl. Exordium magnum ordinis Cisterciensis I 25 = Migne, Patr. lat. 185, 432, vgl. 1022 (Alexander canonicus et doctor Coloniensis). Herbertus, Liber miraculorum II 22 = ib. 185, 1332.

Zu 2 (cohors militum und geweihtes Bier) vgl. S. Bernardi Vita prima, l. I. auctore Guillelmo, cap. 11 = Migne, Patr. lat. 185, 257.

190. Aus Dial. mirac. VIII 94.

[1]) Vgl. S. Bernardi Vita prima, l. I cap. 13 = Migne, Patr. lat. 185, 261. Vita secunda, cap. 15 u. 17 = ib. 185, 494 u. 497.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sepe gustant. Nam circa hoc biennium [1]) in domo quadam nobis commissa, cum in cena sanctimonialibus pitancia [2]) divideretur et una negligeretur illaque pacienter sustineret, talem ei summus abbas pitanciam invisibiliter misit, ut eius dulcedinem abbati nostro exprimere non posset diceretque se omnibus diebus vite sue omni pitancia carere velle, dummodo tantum adhuc una vice simili gracia visitari mereretur.

191. (Om. XXXII. Copp. III, 33). Sanctus Bernardus, die quadam pro quodam errante fratre sub divo litteras scribens revocatorias, in medio ymbre illas scripsit sine ymbre.

192. (Om. XXXII. Copp. III, 34). 'Ego pascam oves meas' (*Ezech. 34, 15*). Verba hec Domini ad memoriam michi revocant verba cuiusdam boni discretique pastoris. Venerabilis prepositus Steinveldensis [3]) dominus Ulricus, cum haberet quendam conversum in exteriori administracione valde providum, Reinaldus Coloniensis archiepiscopus [4]) hoc comperto misit ei nuncios, rogans eundem conversum sibi accommodari, quatinus eius industria ac providencia curtes dyocesis, quas factus episcopus invenerat desolatas, in statum pristinum deberent reparari. Quibus ille verbum memoria dignum respondit: „Habeo in diversis grangiis diversos greges ovium; tollat ex eis dominus meus, quantum voluerit, de ovibus vero racionalibus anime mee commissis, de quibus summo pastori Christo in die iudicii racionem redditurus sum, nullam accommodabo."

193. (Om. XXXII. Copp. III, 35). Quodsi aliqua ex virginibus in monasterio corrupta vel ad seculum inobedienter deducta fuerit, ex decem dragmis (*Luc. 15, 8*) unam mulier, id est abbatissa, perdidit. Quam diligens tunc esse debeat abbatissa, donec perditam inveniat eamque per penitenciam thesauro suo restituat, satis notatur per lucerne accensionem domusque eversionem. Dicamus hec sub exemplo: Beata Hildengardis in monasterio sancti Ruperti in Ping-

12 Steynveldensis GL. — 13 exteriore GHL. — 14 Reynaldus GLM [4]. — 17 quas sanctus episc. M [4]. — 29 Hyldengardis H, Hildegardis M [4], Hilengardis G. — Ruberti M [4]. — Pingwia GM [3], Pigvia T [4].

191. Vgl. S. Bernardi Vita prima, l. I auctore Guillelmo, cap. 11 = Migne, Patr. lat. 185, 255 (Scripsit ergo epistolam in medio imbre sine imbre). Vita tertia auctore Gaufrido, cap. 6 = Migne, ib. 185, 526 mit dem Zusatz: Extat adhuc epistola [ad Robertum nepotem]: et ego ipse primam eam constitui in corpore Epistolarum, cum audissem tam grande miraculum ab ipsius ore, qui scripsit eam in pluvia sine pluvia.

192. Vgl. Dial. mirac. IV 62.

[1]) Nuper, hoc anno scilicet, in quadam domo sanctimonialium ordinis nostri (Dial. mirac.).

[2]) Pitancia id est ova frixa (Dial. mirac.).

[3]) Steinfeld in der Eifel. Ueber Propst Ulrich (1152—1170) vgl. Th. Paas, Annalen 94 (1913), S. 1 ff.

[4]) Reinald von Dassel (1159—1167).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

via[1]) magistra sanctimonialium fuit. Cumque aliquis clericorum unam ex virginibus procatus fuisset eique illa assensum prebuisset, eadem nocte, qua eum erat secutura, mater spiritualis in spiritu presciens dragme sue perdicionem surrexit, lucernam accendit signoque sorores dormientes ad capitulum convocans, cunctis per ordinem residentibus, verbis ad hoc ydoneis premissis, in huiusmodi vocem prorupit: „En unam ex vobis, sorores, perdidi", tacitis nominibus rem omnibus pandens et adiecit: „Precipio ei, quecumque est illa, ut surgat et culpam suam confiteatur." Que cum vetante verecundia sederet, post secundam admonicionem beata Hildengardis surgens et manu virginem tenens, cum diceret: „En tu es, misera illa; quid taces?", illa adhuc negante manum in sinum eius misit et peplum, quod ei clericus dederat, extraxit, omnibus illud ostendens. Tunc illa confusa peccatum suum confessa est. Quo audito mulier illa fortis (*Ecclus. 26, 2*), etsi non voce, opere tamen exclamavit: „Congratulamini michi, quia inveni dragmam, quam perdideram" (*Luc. 15, 9*).

194. (Om. XXXII. Copp. III, 37). Memini me quandam posuisse visionem in septima distinccione Dyalogorum, que hic locum habet. Nobilis virgo de Quido[2]), cum tempore quodam cogitaret de abysso eterne predestinacionis et de ineffabili sacramento atque remedio divine incarnacionis, facta in excessu virginem coram se vidit cristallinam, id est ad instar cristalli perlucidam. In cuius utero contemplata est infantem pulcherrimum, regio dyademate coronatum. Habebat autem idem dyadema quatuor flores eminentes, qui ea intuente sursum ascendentes et virginis cerebrum excrescentes in ramos arboreos profecerunt et modico spacio temporis emenso quatuor mundi partes impleverunt, quorum fructus erant pulcherrimi, odoris eximii mirique saporis. Et ecce! sub ramis eisdem apparuit omne genus humanum a prothoplasto Adam usque ad ultimum, qui in fine mundi nasciturus est. Soli vero electi fructus arboris carpebant eisque vescebantur, reprobi autem nichil ex eis contingere vel vesci potuerunt. In qua visione tantam accepit divinitus scienciam, ut postea loquens cum aliquo mox intelligeret, utrum esset predestinatus vel prescitus; si vero predestinatus, satis cum illo quasi cum concive loqui delectabatur; si autem prescitus, mox se ab eius colloquio liberavit.

1 mag. monialium T[4]. — 5 dormientes fehlt M[4] T[4]. — 12 ei sacerdos ded. GHL. — 13 Tunc misera illa GL. — 19 Guido H, Gwido GLM[3]. — 24 qui ea virtute sursum M[4]. — 25 perfecerunt T[4]. — 26 emerso G.

194. Aus Dial. mirac. VII 20 (in regno Francie villa, que Quido dicitur).

[1]) Ueber Hildegard vom Rupertsberg bei Bingen s. Nr. 79 u. 208.

[2]) Vielleicht Le Quiou bei Dinan (dép. Côtes-du-Nord, cant. Evran). Man hat auch an den Hafenort Le Guildo mit seiner Burgruine gedacht, der zu den Gemeinden Notre-Dame-du-Guildo und Créhen gehört (im selben Département, arr. Dinan, cant. Matignon und Plancöet).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

195. (Om. XXXII. Copp. III, 38). In ecclesia Bunnensi canonicus quidam erat religiosus satisque litteratus. Hic cum die quadam in camera sua sederet et apostolum in manibus haberet, quidam eius concanonicus ei vicinus curiam suam cum canibus et accipitribus intrans aerem clamoribus et strepitu terram commovit. Quod ubi ille religiosus per fenestram vidit, cepit eum in corde suo iudicare et dicere: „Domine Deus, quam diu sustinebis stulticias et levitates huius hominis!" Cui mox librum ad legendum aperienti mox in fronte occurrit, ymmo Spiritus sanctus per vas eleccionis (*Act. 9, 15*) ei respondit: 'Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Domino suo stabit aut cadet. Stabit autem; potens est enim Deus stabilire illum' (*Rom. 14, 4*). Non multo post idem iuvenis non sine multorum admiracione relictis omnibus in Sigenbergensi[1]) cenobio, in quo tunc temporis monasticus ordo plurimum viguit, religionis habitum suscepit.

196. (Om. XXXIII. Copp. III, 39). Referam vobis exemplum, quam terribile sit iudicare vel condempnare eum, qui ad divinum pertinet iudicium. Duobus invicem verbis contendentibus, unus ex animi sui furore alteri peccata sua omnia, que scire potuit, cepit improperare et quia ipse esset filius gehenne et cum dyabolo dampnandus eternaliter, constanter affirmare. Quod cum iniuriis affectus pacienter satis sustineret, peccata sibi improperata recognoscens, postea condempnator per nemus transiens cum quodam suo collega, cum ipse per semitam incederet, a dyabolo suffocatus est. Condempnatus vero bono fine decessit. Sicque condempnacio, que uni fuit causa mortis, alteri facta est occasio conversionis. Hec in scripto repperi[2]).

197. (Om. XXXIII. Copp. III, 40). Quidam alterius patrem occiderat. Qui incidens in manus eius, cum esset reoccidendus, procidit ad pedes illius cum lacrimis et eiulatu, supplicans, quatinus intuitu Dominice mortis sui misereri dignaretur. Quid plura? Motus ille super eo, sperans eciam remissionem peccatorum suorum propter hoc consequi, totum ei dimisit. Qui non multo post peregre profectus Jherosolimam, in ecclesia Dominici sepulchri crucifixus multis videntibus et

3 apostolum, darüber librum apostolorum L. — 5 Quod vir ille GL. — 10 suo aut stabit (stat G) GL. — cadit G. — 13 Sigebergensi M[4], Sybergensi GLM[3]. — 16 iudicare vel fehlt M[4]T[4].

196. Aus Caesarius bei Herbert, Cat. of romances III 587, 69.

197. Vgl. Dial. mirac. VIII 21. Auch in Meisters Ausgabe der Libri miraculorum II 35 (unecht). Quelle des Dial. ist (mittelbar?) Petrus Damiani, Opusc. 40,5 = Migne, Patr. lat. 145, 655. J. Th. Welter, Tabula exemplorum nr. 39. Ward, Cat. of romances II 665. Herbert, Cat. of romances III 281, 24. 361, 125. 599, 12. 646, 44. 650, 31. 684, 37. Little, Liber exemplorum nr. 211 u. 212. Klapper, Erzählungen des Mittelalters nr. 29. Bolte's Anm. zu Pauli, Schimpf und Ernst Nr. 692. Rosarium (ed. 1503) II, f. 294 ra. Hist. litt. de la France XXXVI, 233.

Eine 2. Fassung s. Nr. 243 u. Caes., Libri mirac. II 27.

[1]) Siegburg.

[2]) Die Quelle habe ich nicht ermittelt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hoc crebrius ei inclinavit, quociens ante illum transiret, gracias illi agens.

198. (Om. XXXIII. Copp. III, 41). De hiis elemosinis plurima extant exempla, que studio brevitatis omittimus. 'Date et Dabitur vobis' (*Luc. 6, 38*) duo sunt fratres, sine quibus cenobia religiosorum subsistere vel proficere non possunt. Abbas quidam[1]) magne fuerat circa hospites liberalitatis, magne circa pauperes misericordie et caritatis, semper dans et semper habundans. Defuncto eo alius quidam tenacissime nature succedens, vicium avaricie sub pallio providencie tegens, cum officia caritatis omnibus subtraheret, ipsa domus, cui preerat, in brevi ad tantam paupertatem devenit, ut non haberet, unde cum fratribus viveret sive quod aliis dare posset, eciamsi dandi voluntas adesset. Misertus illorum Dominus propter antiquam caritatem misit nuncium suum ad portarium, cuius consilio sanarentur. Qui cum per interrogacionem didicisset causam tante paupertatis, respondit: „Duo fratres de hac domo sunt eiecti, ex quibus unus vocatur Date, alter Dabitur vobis; nisi illi revocentur, domus hec nunquam proficiet." Quorum nomina, cum laicus esset, cum retinuisset et, quid audierit, abbati recitasset, ille de omissis penitens hospitalitatem et elemosinam cepit resumere et benedicente Domino ad priores copias domus eadem reversa est.

199. (Om. XXXIII. Copp. III, 41). 'Eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remecietur vobis' (*Luc. 6, 38*) . . . Audiant hoc hii, apud quos est pondus et pondus, mensura et mensura, qui in empcione per maiorem recipiunt et in vendicione per minorem effundunt. Audiant istud et tabernarii atque caupones, qui proximis dant vini mensuram, non bonam, quia falsam, non vino confertam et superagitatam et supereffluentem, sed spuma. Quid talibus mensurabitur in futuro? Vinum, quo exhilarentur? Non, sed spuma ignea, qua excecentur. Huiusmodi penas cauponum memini me legisse.

200. (Om. XXXIII. Copp. III, 42). Ante paucos annos sacerdos quidam tam doctrina quam vita cecus defunctus est. De quo talis visio cuidam religiose femine ostensa est. Quidam ex parrochianis eius mortuis lapidibus illum agitabant, clamantes: „Oculus noster esse debu-

3 pl. existunt exempla G. — 4 obmittimus GHL, omittamus M[4]. — 19 obmissis GHL. — 25 minorem offendunt G. — 27 conf. et coagitatam G. — 33 eius similiter mortuis G. — 34 agit. dicentes G.

198. Vgl. Dial. mirac. IV 68.

199. Vgl. Caes., Libri mirac. I 37.

Wright, Latin stories nr. 117. Bromyard s. v. Filiatio. Klapper, Exempla nr. 59 (Quelle: Annulus cap. 114). Ueber den seltenen Fall einer anständig ausschenkenden Bierbrauerin s. Dial. mirac. X 31.

200. Vgl. Dial. mirac. XII 6. Katona zu Pelbart nr. 306. Herbert, Cat. of romances III 537, 70.

[1]) Ut puto de ordine nigro, sicut ex relacione cuiusdam abbatis ordinis nostri didici (Dial. mirac.).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eras, et tui causa dampnati sumus." Quem cum lapidibus urgerent, ille in puteum cecidit et ceteri post eum omnes.

201. (Om. XXXIII. Copp. III, 42). 'Quomodo potes dicere fratri tuo: Frater, sine, eiciam festucam de oculo, ipse in oculo tuo trabem non videns?' (*Matth. 7, 4*). Huius verbi memor abbas Moyses, cum quodam tempore vocaretur a fratribus propter culpam cuiusdam fratris diiudicandam, sportam vetustam implevit harena et venit. Cumque de hoc requireretur, respondit: „Peccata mea sunt post me currencia, et non video ea; et veni ego hodie aliena peccata diiudicare?" — Si vir sanctus non presumpsit fratrem diiudicare culpabilem, multo magis iudicio vel condempnacione dignus iustum et innocentem iudicare non debet, ne ei dicatur, quod Dominus dixit: 'Ypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc prospicies, ut educas festucam de oculo fratris tui' (*Matth. 7, 5*).

202. (Om. XXXIV. Copp. III, 46). Intelleximus nuper dyabolum predicasse crucem multosque signasse, cum tamen impossibile sit illum salvari. Cum ante paucos menses magister Theobaldus, cantor sancti Stephani in Moguncia[1]), in loco, qui dicitur Mons sancti Remigii[2]), crucem predicaret, tantus erat super eum in aere ventus, sicut postea didicit, a dyabolo concitatus, ut non posset audiri et nonnisi solum hominem signaret. Die sequente predicante eo in Luthere[3]) cepit dyabolus in fine stacionis per os cuiusdam mulieris mugire sicut bos. Que cum adducta esset ad magistrum et ille interrogasset demonem de nomine, cur eciam vel unde veniret, sic de singulis respondit: „Abrianus vocor; ego sum, qui te heri impedivi, ne posses aliquem signare. Missus sum deponere dubietatem"; quedam enim predicaverat et in predicacione promiserat, unde plures dubitabant. Tunc Theobaldus: „Quia per te heri, ut asseris, impeditus sum, precipio tibi per virtutem crucis, quam predico, ut ipsam mecum predices", et iniecit partem stole collo eius. Qui cum valde invitus, coactus tamen crucem inciperet predicare et scultetus quidam eiusdem ville

18 Maguncia GM[4]. — 22 Luthere M[3] M[4], Lûchere G, Lûchere HLT[4]. — 23 ille adinterrogasset HL. — 25 Adrianus M[3], Adryanus GHL. — 28 prepeditus sum GHLM[3].

201. Vgl. Vitae patrum III 136 = Migne, Patr. lat. 73, 786 u. V 9, 9 = ib. 73, 911 (abbas Pior).
202. Vgl. Caes., Libri mirac. II 24.

[1]) Ueber das Stift St. Stephan in Mainz vgl. K. A. Schaab, Geschichte der Stadt Mainz II, Mainz 1844, S. 312 ff.; G. J. Wilh. Wagner, Die vormaligen geistlichen Stifte im Großherzogtum Hessen II, Darmstadt 1873, S. 405 ff., 530 ff. Theobald begegnet als Cantor 1223/24; s. G. Chr. Joannis, Volumen secundum rerum Moguntiacarum, Frankfurt 1722, S. 567.

[2]) Ueber die Propstei Remigiberg südöstlich von Kusel in der Pfalz s. Fr. X. Remling, Urkundliche Geschichte der Abteien und Klöster im jetzigen Rheinbayern I, Neustadt 1836, S. 108 ff.

[3]) Kaiserslautern in der Pfalz.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

accedens pro anima patris sui crucem suscepisset, ille in eum irruit, frendens et clamans: „Nichil ei prodest.“ Adiuratus tamen terribiliter, quatinus eiusdem anime statum proderet, respondit: „Heu! hodie liberata est.“ Ad quod verbum homines passim accedentes demone predicante verbis valde compunctivis signati sunt de manu Theobaldi usque ad octingentos. Inter cetera occasione nacta et hoc verbum dicebat: „Quia vos, homines, misericordem habetis Dominum, idcirco licenter peccatis; si nos possemus redire per penitenciam sicut vos, quanta haberemus sustinere.“ Novissime et hoc adiecit: „Ammodo inter meos tam despectus ero sicut cloacarius inter vos.“ Hec michi ab ore ipsius Theobaldi, qui est vir litteratus et religiosus, relata sunt . . . Testatus est nobis idem Theobaldus, in via descendendo ad nos, infra quinque dies se quinque milia hominum signasse.

203. (Om. XXXIV. Copp. III, 47). ‘Rumpebatur autem rethe eorum’ (*Luc. 5, 6*); nam tot quandoque ad predicacionem crucis confluunt, ut quorundam malicia et inquietudine rethe predicacionis rumpatur. Olivero, scolastico Coloniensi, nunc episcopo Paderbornensi, predicante crucem in Frisia, in ipsa stacione nobilis quidam Friso et ditissimus omnium occisus est [1]). Propter quem negocium crucis tunc temporis in illa terra satis impeditum est. Simile accidit Limpurg [2]), dyocesis Treverensis oppido, cum abbas noster [3]) ibidem predicaret.

204. (Om. XXXV. Copp. III, 50). Quidam [4]), sicut legitur in Vitas-patrum, tanta vi freno fortitudinis iram repressit cordis, nolens fratri obicere, quod mente conceperat, ut fieret sanguis in ore eius fel commocionis. Unde a monachis summopere ira fugienda est, quia ipsa inter fratres amiciciam rumpit, concordiam perimit, aufert sabbatum pectoris, excludit pacem eternitatis.

---

9 inter nostros tam GL. — 10 ore eiusdem Th. GHL. — 17 Olyvero HLM [4]. — 17 Paderbornense M [4], Patirbornensi T [4], Paturburne M [3]. — 18 Frysea M [4]. — 21 Limpurgh M [4]. — 23 s. legimus GH. — in vitis patrum GHL. — 24 vi frenoque fort. G. — 27 amic. corrumpit GL.

---

204. Auch in Nr. 237. Vgl. Vitae patrum III 90 = Migne, Patr. lat. 73, 776 u. V 4, 9 = ib. 73, 865.

---

[1]) Vgl. Hoogeweg, Die Schriften des . . . Oliverus S. XLI: Auf dem Rückweg des Kreuzpredigers Oliver nach Groningen wurde im Juli 1224 einem Edlen, Elthetus von Midlestum, der schon das Kreuz genommen hatte, von seinem Gegner Thitard der Kopf gespalten (nach der Chronik des Emo, MG. SS. XXIII, 500). Oliver wurde im Frühjahr 1223 in zwiespältiger Wahl zum Bischof von Paderborn gewählt und am 7. April 1225 vom Papste bestätigt; im September desselben Jahres wird er bereits Kardinal. Die Predigt ist also vorher verfaßt.

[2]) Limburg an der Lahn.

[3]) Abt Heinrich von Heisterbach.

[4]) Achilles abbas.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

205. (O m. XXXV. C o p p. III, 51). 'Probet autem se ipsum homo . . . et sic' securus accedens 'de pane illo edat' (*1 Cor. 11, 28*). Sic glossa predictum locum exponit. Quod sciens beatus J o h a n n e s E l e y m o n, episcopus A l l e x a n d r i n u s, cum tempore quodam clericum suum pro sacrilegio quodam excommunicasset et ex misericordia licet indignum solvisset, cum die quadam indutus pontificalibus accessisset ad altare Domini, timens, quia predictus clericus adhuc non dimisisset rancorem, memor supradictorum verborum: 'Si offers munus tuum ad altare' etc. (*Matth. 5, 23*), ventris necessitatem simulans in secretarium ad clericum venit et ad genua eius procidens animo illius mitigato letus ad altare rediit.

206. (O m. XXXV. C o p p. III, 52). Idem venerabilis pontifex, cum alio tempore duo ex clericis eius inter se litigassent unusque die quadam, cui nomen erat D a m i a n u s, officio dyaconatus accederet ad altare, de manibus eius communicaturus, sciens quia nondum ignovisset fratri culpam, tenuit manus eius et ait: „Vade prius et reconciliare fratri tuo, sicque veniens digne sumes munera Dei." Quod ita factum est.

207. (O m. XXXVI. C o p p. III, 53). Super terram discumbit, qui condicionis sue vilitatem recognoscit. Cuidam querenti a philosopho: „Quid fui? quid sum? quid ero?" fertur ille respondisse: „Vile sperma, vas stercorum, cibus vermium."

208. (O m. XXXVII. C o p p. III, 57). Multi sunt hodie falsi prophete, in terminis ecclesie loquentes mendacium in ypocrisi. In habitu simplici simplices adeunt, simplicitatis verba pretendunt et, cum sibi minus caverint, lupine malicie dentes in illos defigunt. Quos in Spiritu sancto previdens beata H i l d e g a r d i s, magistra sanctimonialium sancti R u p e r t i in P i n g v i a, femina sancta et nostri temporis prophetissa, ut possent a catholicis agnosci atque a ceteris hominibus discerni, in epistola sua, quam scripsit ad C o l o n i e n s e s [1]), hiis verbis usa est:

---

2 Sic . . . exponit fehlt **GH**. — 4 Alexandrinus T^4. — 14 o. dyaconus **GHLM** ^{3}. — 16 reconciliari **GHL**. — 19 t. recumbit M^4T^4. — quia cond. M^4. — 25 simplicia verba **GHL**. — 26 lupinos mal. **GHL**. — 27 Hyldegardis **HL**. — mag. monialium T^4. — 28 Ruperti **GL**, Ruberti M^4, Roperti **H**, Roberti M^3T^4. — 30 scribit M^4T^4.

---

205. Vgl. Vita s. Johannis Eleemosynarii cap. 13 = Migne, Patr. lat. 73, 350.

206. Vgl. Vita s. Johannis Eleemosynarii cap. 16 = Migne, Patr. lat. 73, 353.

207. Vgl. Giraldus Cambrensis, Gemma eccl. II, 4 und Speculum ecclesiae IV, 17 (Opera ed. Brewer II, 183. IV, 298).

---

[1]) Der Brief steht in ausführlicherer Form als Responsum Hildegardis (gest. 1179) ad Philippum decanum et clericos Colonienses in S. Hildegardis ep. 48 = Migne, Patr. lat. 197, 244 ff. Unser Stück (daselbst col. 250 f. mit geringen Abweichungen) ist dorther von Caesarius ausgeschrieben, dieser nimmt aber Kürzungen vor.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

'Populus iste a dyabolo seductus et missus pallida facie veniet et velut in omni sanctitate se componet ac moribus, secularibus principibus se coniunget, quibus et de clericis sic dicet: „Quare istos vobiscum habetis et quare eos vobiscum patimini, qui totam terram maculosis iniquitatibus suis polluerunt? Isti enim ebrii et luxuriosi sunt, et nisi eos a vobis abiciatis, tota ecclesia destruetur." Populus autem, qui hec dicet, vilibus cappis, que alieni coloris sunt, induetur et recto modo tonsus incedet atque omnibus moribus suis placidum et quietum se omnibus ostendet. Avariciam quoque non amat, pecuniam non habet ac in occultis suis tantam abstinenciam imitatur, quod eciam vix aliquis ex eis reprehendi possit. Dyabolus enim cum hominibus istis est, latitante fulgore se eis ostendens, velut in constitucione mundi ante ruinam fuit et prophetis aliquantulum similem se facit et dicit: „In hominibus istis omnipotenti Deo signa mea assimilabo." Ipse enim homines istos infundit quod castitatem eis non aufert et quod castos eos esse permittit, cum castitatem habere voluerint. Et iterum intra se dicit: „Castitatem et continenciam diligit Deus, quod et ego in istis imitabor." Et ita quasi in omni sanctitate hominibus se ostendent et illudentibus verbis dicent: „Ceteri homines, qui ante nos castitatem habere volebant, ut assum piscem se torquebant; nulla autem pollucio carnis et concupiscencia nos tangere audet, quia sancti sumus et spiritu sancto infundimur." Nam alii homines, qui eo tempore in fide catholica errant, istos timebunt et servili officio eis ministrabunt et, quantum poterunt, eos imitabuntur. Tunc de conversione istorum populus gaudebit, quoniam ei iusti videbuntur. Cumque isti cursum erroris sui hoc modo confirmaverint, doctores et sapientes, qui tunc in fide catholica fideliter persistent, undique persequentes expellent, sed tamen non omnes, quoniam aliqui illorum fortissimi milites in iusticia Dei sunt, sed et quasdam congregaciones sanctorum, quorum conversacio sancta est, movere non poterunt. Quapropter principibus et divitibus consilium dant, ut eosdem ecclesiarum magistros et reliquos spirituales homines, scilicet subditos eorum, fustibus ac lignis coerceant, quatinus iusti fiant. Et in aliquibus hoc complebitur, unde alii territi contremiscent. Sed tamen, secundum quod Helye (*3 Reg. 19, 18*) dictum est, multi iustorum servabuntur, qui in erroribus istis non confundentur nec a fundamentis suis destruentur. Seductores autem isti in inceptione erroris sui mulieribus dicent: „Non licet vos nobiscum esse, sed, quoniam rectos doctores non habetis, nobis obedite et, quecumque vobis dicimus et precipimus, facite, et salve eritis." Et hoc modo feminas sibi attrahunt ac eas in errorem suum ducunt. Unde eciam ipsi in superbia tumentis animi dicent: „Omnes superavimus." Qui tamen postea eisdem feminis secreta luxuria commiscebuntur, et ita iniquitas et secta eorum denudabitur. Isti autem illi deceptores non sunt, qui

11 repr. poterit M^3 M^4 T^4. — 13 proph. aliquando M^4. — se fecit HL. — 14 In omnibus i. M^4. — 21 concupiscencie G. — 32 fust. compellant ac lignis G. — 35 multi istorum GHL. — 43 et secreta denudabuntur G.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ante novissimum diem venturi sunt, cum dyabolus in altum volaverit, ut ipse in inicio contra Deum pugnare cepit, sed precurrens germen illorum sunt. Sed postquam ipsi in perversitatibus Baal et in aliis pravis operibus sic inventi fuerint, principes et alii maiores in eos irruent et velut rabidos lupos eos occident, ubicumque eos invenerint'.

Hucusque verba sancte Hildegardis. Que cum nostris temporibus venisset Coloniam, post sollempnem sermonem, quem Latine fecit [1]) in clero, precipue eundem clerum et pastores monuit eiusdem civitatis, ut sibi caverent a pseudoprophetis, id est hereticis, eo quod multi essent inter ipsos. Cui cum diceret magister Godefredus, plebanus sancte Columbe [2]): „Et ubinam illos inveniemus?", respondit: „In speluncis terre", domos notans subterraneas, in quibus textores et pellifices operantur. Recedens vero a civitate predictam remisit epistolam.

209. (Om. XXXVII. Copp. III, 58). Videtur michi multo utilius presentis sancti ewangelii leccionem explanare veridicis exemplis quam aliquibus scripturarum, que satis trita sunt. Que dicturus sum, a quodam seniore monacho nostro, qui tunc temporis presens erat [3]), michi relata sunt. Ad civitatem Bisuntinam [4]) duo venerunt homines in habitu simplicissimo, in ecclesia maiori orando, ieiunando et vigilando, summam sanctitatem simulantes. Cumque tocius populi per hec sibi favorem comparassent, ceperunt more lupino maximas et inauditas hereses predicare easque signis dyabolicis confirmare: intrantes ignem non comburebantur, ambulantes super aquas non mergebantur, super farinam pavimento iniectam gradientes vestigia non imprimebant. Quibus cum resisteret episcopus cum clero, populus furens illis minabatur, signa, que ab eis viderant, pretendentes. Cumque episcopus artaretur undique, quendam suum clericum, aliquando nigromanticum, adiit, que gesta sunt, exposuit et, unde illorum doctrina vel signa essent, ut a dyabolo investigaret, in remissionem peccatorum suorum iniunxit. Quod cum ille fecisset, licet invitus, respondit dyabolus: „Mei sunt et a me missi; que a me didicerunt, predicant, mea virtute signis coruscant." Et adiecit: „Habent enim sub ascellis suis cartulas proprio cruore conscriptas, inter pellem et carnem consutas, in quibus continetur hominium michi ab eis factum." Ad quod clericus: „Quid, si

5 rapidos GHL. — 6 cum meis temp. GHL. — 8 past. munivit M [4] T [4]. — 11 Et ubi, domina, illos GHLM [3]. — 12 domos vocans T [4]. — in qualibus text. G. — 13 Rec. ergo GHL. — pred. misit M [4]. — 16 veris exemplis GHL. — 17 al. scripturis G. — 19 Bysuntinam GHL, Bysentinam M [3]. — 23 s. dyaboli GHLM [3]. — 33 sub acellis T [4].

209. Dial. mirac. V 18.

[1]) Für den Schluß (lat. Predigt der Hildegard in Köln) kann ich keine Vorlage beibringen.

[2]) Pfarrer Gottfried von St. Columba in Köln begegnet 1176—1190 in Urkunden; s. Knipping, Regesten II, S. 378.

[3]) Senex monachus noster Conradus (Dial. mirac.).

[4]) Besançon.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eis cartule subtraherentur?" Respondit dyabolus: „Tunc infirmi essent." Quo audito clericus gavisus ab inimico callide se liberans episcopo cuncta recitavit. Statim episcopus totum civitatis populum convocans cum hereticis, ignem accendi iussit subtractisque cartulis illos accensum intrare precepit, dicens se velle probare, utrumnam vera essent, que audierat. Qui cum reniterentur, episcopus cuncta populo per ordinem recitans, dyaboli cyrographa omnibus ostenditur. Sicque miseris in incendium proiectis et in cinerem redactis, civitas ab errore liberata est.

210. (Om. XXXVII. Copp. III, 59). Spine et tribuli, fructus ne crescant, impediunt et manus metencium scindunt. Ita et heretici in multis locis, sicut hodie patet apud Albienses, catholicos impediunt, ne in fide proficiant, fructum predicacionis plurimum impedientes et deturpantes. Anno preterito domino Conrado Portuensi episcopo [1]), quem contra eosdem Albienses hereticos Honorius papa miserat, oblatus est quidam heresiarches, homo maturus etate, barbam habens prolixam. Iste dicebat nichil interesse, utrum mulier admitteret virum legitimum sive extraneum, nullam faciens differenciam inter coniugium et incestum vel adulterium. Reservatus est usque in diem sequentem, eo quod legatus coram omni populo illum revincere vellet. Stante eo in turba valide clamabat: „Estne hic aliqua, que virum admiserit non suum?" Cunctis pre verecundia tacentibus erupit una dicens: „Ego in hoc rea sum." Tunc hereticus: „Eya" inquit „inveni, quod quesivi", dixitque ad illam: „Dic michi, mulier: cognovit te alio modo vir extraneus quam tuus necne?" Respondente muliere: „Non", conversus ad legatum hereticus exclamavit: „Audi, stulte, audi: ubi consimilis accio, que esse potuit in culpa dissimilitudo?" Sciens episcopus quia nullum ex scripturis admitteret testimonium hereticus, a Deo inspiratus hanc dedit similitudinem: „Paterfamilias per hostium intrat in vineam suam et uvas ex ea tollens effert et comedit; fur ex opposito sepem latenter transscendens idem et eodem modo facit. Numquid eque licite hoc actitant? numquid dominus et fur idem ius habent in vinea?" Ad quod verbum cum obmutesceret hereticus, populi fideles frementes, maxime matrone, quas confuderat, irruentes in miserum tam diu eum capillis et barba trahebant, donec exalaret spiri-

5 accensum fehlt GHL. — 7 cyrographus M^3M^4. — 8 in ignem proi. (deiectis GL) GHL. — 13 impedientes et fehlt M^4T^4. — 14 deturbantes T^4. — 14 Chunrado GHL. — 17 Iste docebat GL. — 26 her. clamavit GHL. — 35 et barba fehlt M^4T^4.

[1]) Ueber Konrad von Urach, Kardinalbischof von Porto († 1227), der 1220—1223 als Legat gegen die Albigenser tätig war, vgl. Roth von Schreckenstein, Forschungen zur Deutschen Geschichte VII (1867), S. 319 ff.; S. Riezler, Geschichte des Fürstlichen Hauses Fürstenberg, Tübingen 1883, S. 69 ff.; vgl. auch Kaufmann, Annalen LIII (1891), S. 226 Anm. 1. Er wird auch genannt im Dial. mirac. III 33. V 21. XI 50.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tum. — Ecce secundum testimonium Domini: 'Ex fructu suo cognita est arbor hec mala' (*Matth. 12, 33*).

211. (Om. XXXVII. Copp. III, 60). Referam vobis nunc, fratres, bonos fructus bone arboris. In Polonia laicus quidam in ordine nostro conversus est, nullam omnino sciens oracionem. Est enim consuetudo gentis illius, ut, cum intrant ecclesias, caput pavimento allidant et pectus tundant sicque exeant. Cumque instruendus esset conversus et neque 'Miserere mei, Deus' (*Ps. 50, 3*) neque oracionem dominicam discere posset, proposita est ei salutacio angelica. Ad quod ita respondit: „Tam dulciter sonat, spero quia bene discam." Quid plura? Cicius illam didicit, quam sine cessacione die noctuque, dummodo vigilaret, et cum delectacione multa ruminavit. Nuper mortuus est homo et sepultus. Et ecce! arbuscula pulcherrima, ramis et foliis decenter ornata, de illius tumulo egressa est. Mirantibus cunctis, quidnam hoc esset vel quid portenderet, ad consilium plurimorum eciam laicorum, qui tunc aderant, qui scire desiderabant, de quo loco radices eiusdem arboris exirent, reiecta terra viderunt omnes quod principalis radix de corde hominis egrederetur. Nec ignorabant causam, qui eius noverant vitam; nam in singulis foliis distinctis litteris 'Ave Maria' apparuit. Pius Dominus tam dulci miraculo ostendere dignatus est, quantum ei placeret in suis servis laus et memoria matris. Quid enim dixerim eandem arbusculam nisi salutacionem angelicam, quid cordi radicem infixam nisi iugem eius memoriam? Credo quod de benedicto fructu figurate arboris, id est Filio Virginis, reficiatur et sacietur in vita eterna. — Ecce, fratres, quod olim per Ysaiam de Yesse (*Js. 11, 1*) mystice prophetatum est, in isto quodammodo eciam ad litteram impletum est. Hec nobis relata sunt a domino Godefrido abbate de Bergis[1]), qui hoc anno in eadem provincia visitavit.

212. (Om. XXXVIII. Copp. III, 63). Vivaria sive piscine compunctivos exprimunt, quorum sepe madent oculi vel timore pene vel amore celestis patrie. Piscina fuit Maria Magdalena, dum pedes Salvatoris lacrimis suis lavit. Similiter et beatus abbas Arsenius, qui propter habundanciam lacrimarum, quas ex desiderio celestis patrie fudit, sudarium semper in manu vel in sinu tenebat[2]), vivarium fuit.

---

7 sicque recedant M⁴ T⁴. — 11 Ocius illam M⁴. — 13 Et ecce arbor M⁴ T⁴. — 27 Gotfrido M³.

---

211. Vgl. Caes. Libri mirac. II 6, dazu die unechte Version in Meisters Ausgabe III 71, S. 195 f. (über deren Quelle A. Poncelet, Anal. Boll. XXI, 1902, S. 50).

---

[1]) Gottfried war 1225—1238 Abt von Altenberg; vgl. H. Mosler, Urkundenbuch der Abtei Altenberg I, Bonn 1912, S. XX.

[2]) Vgl. Vitae patrum III 163 = Migne, Patr. lat. 73, 794; III 211 = ib. 73, 807; V 3, 1 = ib. 73, 860. Auch in Nr. 295.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

213. (O m. XXXVIII. C o p p. III, 66). Quidam dispensator T h e o d e r i c i episcopi T r a i e c t e n s i s [1]), E v e r w a c h nomine, ante annos paucos, cum esset domino suo fidelissimus, conservorum invidia apud illum de dissipacione bonorum sibi commissorum accusatus in tantum provocatus est, ut dyabolo se redderet et tam diu ad placitum ei serviret, quousque ab eo suffocatus iniquitatis sue culpam in penis exsolveret. De hoc longam satis texui historiam in Dyalogorum libris distinccione duodecima capitulo XXIII°. Inardescente temptacione eciam boni quandoque viri iniqua meditantur et agunt contra Deum.

214. (O m. XXXIX. C o p p. III, 70) [2]). Sed quid describimus mala preterita, cum eciam temporibus hiis prophecia Salvatoris sit impleta? Nam ante hoc quinquennium, cum exercitus Domini esset in obsidione D a m i a t e, C o r a d i n u s, soldanus D a m a s c i, muros et turres sancte civitatis destruens cumulos lapidum fecit ex illis.

215. (O m. XL. C o p p. III, 72). Ob unius columpnelle casum aliquando magna fabrica ruit. De hoc non est necesse exemplum querere a remotis; nam anno preterito propter confraccionem solius epistilis maxima fabrica dormitorii nostri ad terram usque prostrata est.

216. (O m. XLI. C o p p. III, 78). Referam vobis nunc, fratres, duo exempla occasione decimarum, ut ex uno intelligatis, quantum Deo decime, si fideliter et devote solvantur, placeant, et ex altero, quam inutiles elemosine sint, si intuitu humane laudis fiant. Miles quidam vineam habebat et forte adhuc habet, que circa decem carratas facere consueverat. Anno quodam nonnisi solam colligens in ea sic ait: „Domine Deus, quod meum fuit, tulisti; ego, quod tuum est, offeram tibi", deditque eandem carratam loco decime. Eodem tempore germanus eius sacerdos adveniens vineam uvis repletam vidit, et cum fratrem quasi de neglecta vindemia argueret, mirantem et minus credentem introduxit, et ecce! solita benediccio in ea reperta est.

13 Coradynus M [4], Corodinus GHLM [3]. — 24 consuevit M [4] T [4]. — 29 bened. domini in GH.

213. Vgl. ausführlich Dial. mirac. XII 23.

214. Quelle von Caesarius ist Oliverus, Hist. Damiatina cap. 24 (ed. Hoogeweg, S. 203): „Anno gratie 1219. regina civitatum Jerosolima, que videbatur inexpugnabiliter munita, destructa est a Coradino, filio Saphadini, foris et intus. Muri eius cum turribus redacti sunt in acervos lapidum preter templum Domini ac turrim David" (aus dem Brief Olivers an Erzbischof Engelbert, ed. Röhricht, Westdeutsche Zeitschrift X, 1891, S. 183). Ueber Coradinus (Malik-Muazzam) vgl. Hoogeweg, Der Kreuzzug von Damiette 1218—1222 (Mittheil. d. Inst. f. österr. Geschichtsforschung IX, 1888, S. 251; über die Schleifung der Mauern Jerusalems eb. S. 255 f.).

216. Dial. mirac. X 13.

[1]) Dietrich II. Bischof von Utrecht (1198—1212) aus dem gräflichen Hause Are.

[2]) Die Predigt behandelt die Einnahme Jerusalems durch Titus nach 'Iosephus et Egesippus historiographi'.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

217. (O m. XLI. C o p p. III, 78). Alius quidam miles provincie nostre sic perfectus erat in decimis, ut, cum aliquando segetes vel vinee eius grandinarentur, a dispensatoribus eius dampnum exigeret eisque imponeret, dicens: „Si fraudem non fecissetis in decimis, non me Deus flagellasset."

218. (O m. XLI. C o p p. III, 78). Quod vero elemosine propter humanam laudem facte nichil prosint anime, sequenti probatur exemplo. In B a v a r i a miles quidam ditissimus in hospitalitate et elemosinis precipuus defunctus est. Hic post mortem uxori sue intra cubiculum apparens, cum illa de statu eius sciscitaretur, tristis respondit: „Si omnium arborum folia in linguas verterentur, penas meas exprimere non possent." Cui cum illa diceret: „Quid est, quod dicitis, domine? Et ubi sunt hospicia et elemosine, quas pauperibus peregrinisque exhibuistis?", ait: „Quia non in caritate, sed propter gloriam et laudem inanem feci illa, nichil michi profuerunt." Hec, que dixi, recenciori tempore gesta sunt; unde de ieiuniis et elemosinis nemo glorietur.

219. (O m. XLIII. C o p p. III, 89). Stabulum, ut dixi, confessionis locus est. In stabulo iumenta exonerantur, quiescunt, reficiuntur. Stabularius confessor est, cuius ministerio peccatorum sarcina de confitentis consciencia, ut quiescere possit, deponitur; per quem, si sciens et discretus fuerit, pabulo pie consolacionis pascitur. Hic cuiusdam sacerdotis recordor, qui, sicut dictum est in omelya tercia, timore mortis in stabulo peccata sua confitens audire meruit a dyabolo per os obsessi, cum de statu illius requireretur: „In stabulo iustificatus est."

220. (O m. XLIII. C o p p. III, 90). Sed dum ista scribimus, materiam nobis scribendi auget heu! miserabilis casus archipresulis nostri E n g e l b e r t i. Ipse enim 'incidit in latrones' (*Luc. 10, 30*), ymmo latronibus universis crudeliores, utpote sanguine proximos et plurimis beneficiis sibi obligatos, a quibus inopinate, insidiose et sine omni misericordia trucidabatur. Qui cum plagis impositis abissent, semivivo relicto, illeque verba contricionis et precum fudisset ad Dominum, in-

8 Bawaria **HL**, Bauwaria **M**^{4}**T**^{4}. — 16 temp. facta sunt **GHL**. — 22 **in om. secunda GHL**.

217. Auch bei Odo von Cheriton (ed. Hervieux IV 152), vgl. Herbert, Cat. of rom. III 74, 167. 384, 176. 617, 155. Aehnlich bei Little, Liber exemplorum nr. 106 (exemplum de beato Anselmo Cantuariensi archiepiscopo).

218. Dial. mirac. XII 19.

219. Vgl. ausführlicher Nr. 103.

220. Diesen Abschnitt hat A. Poncelet bei seiner Ausgabe von Caesarius' Vita et miracula s. Engelberti (Acta sanctorum Novembris t. III, 1910, S. 623—684) S. 640 aus Coppenstein wiederholt. Vgl. J. Greven, Die Entstehung der Vita Engelberti des Caes. v. Heisterbach, Annalen 102 (1918), 1—39, zu dieser Stelle S. 1 f. und 30 ff. Ueber die Ermordung Engelberts am 7. November 1225 vgl. zuletzt W. Kleist, Der Tod des Erzbischofs Engelbert von Köln, e. krit. Studie, Zeitschr. f. vaterländ. Gesch. u. Altertumskunde (Westfalens) LXXV (1917), S. 182—249; dazu Anal. Boll. XXXIX (1921), S. 218 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

telligentes quia adhuc viveret, quod de latronibus ewangelicis non legitur, statim reversi gladiis atque cultellis eum detruncantes atque perfodientes supremum in eo spiritum extinxerunt. Cuius vestimenta necnon et calciamenta extrahentes cum reliquis eius spoliis inter se diviserunt. Videntes hec clerici eius, inter quos erant sacerdotes et levite, relicto eo, cum essent secus viam, fugierunt. Henricus vero, cellerarius in Hemmenrode, misericordia motus cum alio quodam, eius elemosinario, exemplo pii Samaritani (*Luc. 10, 33*) accedentes propius super currum fetidum nobilissimum principem, ymmo principum caput et regni Romani tutorem posuerunt, curam cadaveris agentes, donec ad locum, in quo eius exequie parabantur, devenirent. Et forte, sicut plures opinantur, Deus voluit delere culpam descensionis eius ab Jherusalem in Jhericho (*Luc. 10, 30*). Per Jherusalem, in quo templum erat et religio, negocia designantur spiritualia, per Jhericho mundana atque secularia. Cum episcopus esset et dux, minus illis intendebat et ad ista nimis descendebat, ita ut quidam monachorum nostrorum illi diceret: „Domine, vos estis bonus dux, sed non bonus episcopus." Attamen quia pro honore et defensione ecclesiarum occisus est, sicut iam Deus per varias revelaciones incipit ostendere, misericordiam, quam homo, de quo supra dictum est, consecutus est a Samaritano in corpore, hic in anima consecutus est a Christo, cui cum Patre et Spiritu sancto honor sit et imperium per infinita secula. Amen.

221. (Om. XLIV. Copp. III, 91). Quam periculosum sit contritis corde confessionem differre et quam infructuosum confitenti per verecundiam illa tegere, exemplis ostendere necesse est. Quod vero confessio debeat esse integra et debita, veridicis pandam exemplis. Siboboni, novicio nostro, cum esset pastor in Wileke[1]), miles quidam ex eius parrochianis singulis annis confessionem facere et penitenciam suscipere consueverat. Ad quem nocte quadam vox huiusmodi facta est: „Miles ille", nomine eum designans „nunquam fecit confessionem suam." Ad quam vocem sacerdos evigilans et, quid portenderet, satis ammirans, militem mox ut vidit, ad confessionem puram hortatus est dicens: „Timeo quod non feceritis michi plene et pure confessionem." Cui cum ille responderet: „Quid est, quod dicitis, domine? Nonne iam multis annis vobis consciencíam meam aperui, penitenciam suscepi et adimplevi?" sacerdos subiunxit: „Hoc Deus novit et vos; nam talis vox non sine causa delata est ad me", illi, quid in sompnis audierit, manifestans. Quo audito miles territus confessus est peccatum maximum, quod verecundia vetante multo tempore subticuerat; impregna-

2 statim fehlt GHL. — 6 Heinricus HL. — 7 Hemmerode T[4]. — 16 illi dicerent L. — 17 sed non estis bonus ep. GHLM[3]. — 19 incepit T[4]. — 20 de quo iam supra GHL. — 21 cons. est sicut speramus a GL. — 22 per eterna sec. M[4]T[4]. — 26 Sybotoni GM[3], Sibotoni HL. — 27 Vilike M[4], Wyzeke M[3].

221. Vgl. Caes., Libri mirac. I 30.

[1]) Vilich bei Beuel gegenüber Bonn.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

verat enim quandam cognatam suam, et ut incestus lateret, natum infantem communi consilio necaverant. — Ecce! evidens testimonium quod confessio nulla sit, si integra non fuerit.

222. (Om. XLIV. Copp. III, 92). Quod (*confessio*) debita esse teneatur, ecce! exemplum. Cum Wilhelmus abbas Clarevallensis[1]) ante hoc quadriennium[2]) contra Galonem cardinalem[3]) profectus fuisset Romam, potestatem dedit Sigero priori suo interim recipere, si qua emergerent, peccata criminalia. Cumque eodem tempore quidam monachorum cuidam confessorum peccatum mortale confiteretur, respondit: „Bene te audio; consilium dare potero, sed non absolvere, eo quod confessio tua debita non sit. Suadeo tibi, ut priori ista confitearis." Quod cum ille recusaret et confessor priori tacito peccato atque persona periculum intimaret, ille ut vir bonus triduo in capitulo pro ea sine nota oraciones iniunxit, cum multis lacrimis Deum pro emundacione consciencie eius exorans. Et ecce! Dominus sacerdoti cuidam pro eo oranti respondit dicens: „Revera monacho, pro quo oras, confessio sua nichil profuit, quia debita non fuit, sed dic priori ut crastino, dicta prima, ante capitulum se exhibeat; illuc enim venturus est, ut peccatum suum confiteatur." Quod et factum est. — Non ergo sine causa dictum est: 'Ite, ostendite vos sacerdotibus' (*Matth. 8, 4*).

223. (Om. XLV. Copp. III, 95). Demonem in diviciis esse illisque preesse rex Boemie, qui hodie regnat[4]) in eadem gente, satis tam verbo quam facto declaravit. Hic cum tempore quodam ad sollempnem curiam Philippi regis Romanorum[5]) cum multa pompa et gloria seculari venisset, utpote rex dives et liberalissimus, nocte in tentorio suo dormiens, totam noctem duxit insompnem. Quod cum mane cubiculariis indicasset, sequenti nocte similem sompni iacturam non sine magna admiracione passus, iussit ut cubile totumque tentorium aqua benedicta aspergerent et thurificarent, dicens: „Si dyabolus non esset subtus me vel iuxta me, aliquid saltim per has noctes cepissem soporis." Factum est, ut imperavit, sed nichil profuit. Igitur mane a sompno surgens cum multa ira cepit stramenta evertere, iactare culcitram et cervicalia, calamos hinc inde dispergere. Videns vero scri-

---

2 necaverunt **GHL.** — 5 Willelmus **H.** — Clarevallis **LM**[4]. — 7 Sygero **GM**[3]**M**[4]. — 22 Bohemie **GM**[3]. — 23 Hic enim cum **GHL.** — 25 sec. devenisset **GHL.**

---

222. Dial. mirac. III 53.

---

[1]) Wilhelm I. war 1217—1221 Abt von Clairvaux; s. Gallia christiana IV, 804.

[2]) 'biennium' Dial. mir.

[3]) Kardinal Guala († 1227).

[4]) Gemeint ist Otakar I. von Böhmen (1197—1230).

[5]) Philipp von Schwaben. Otakar hat an Hoftagen Philipps zu Mainz (September 1198), Speyer (Mai 1199) und Augsburg (November/Dezember 1207) teilgenommen; vgl. Böhmer-Ficker, Regesta imperii V, 1, Nr. 20, 27, 168b, 169, 171.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nium, quod capiti suo suppositum erat, interrogavit, quid in illo esset. Cui cum dicerent camerarii: „Domine, expense vestre sunt", exclamavit: „Ecce! revera dyabolus in scrinio est, qui non sinit me dormire." Jussitque statim omne pondus illud auri et argenti erogari, et utinam pauperibus! Ab illa die sompnum capere potuit ut prius. Hec michi relata sunt a quodam nobili viro, eius capellano.

224. (Om. XLV. Copp. III, 96). Recordor hic verbum cuiusdam philosophi, quod memoria dignum est. Dyogenes, cum illi a capite noctu fur sacculum cum nummis trahere conaretur et ille sentiret: „Tolle", inquit „infelix, ut facias utrosque dormire."

225. (Om. XLVI. Copp. III, 96). Divicias nos habere debito modo non est peccatum, sed periculum. Religio, sicut dici solet, peperit divicias, divicie religionem destruxerunt. Considerate antiqua cenobia ordinis Benedicti: ob nimiam religionem, que in illis fuit, data sunt eis a regibus predia magna et infinita, principatus eciam cum castris, civitatibus et ministerialibus, per que processu temporis eadem religio in tantum destructa est, ut, qui tempore paupertatis religiosis multo erant religiosiores, modo in quibusdam locis eciam secularibus plus sint seculares. Notate abbacias regales, Foldensem videlicet, Werdensem, Prumiensem et alias quam plures, qualiter ibi hodie religio vigeat: ubi prius erant turbe monachorum, modo pauci admodum sunt et eisdem necessaria desunt. Non est diu quod cuidam ex conversis nostris, dum deambularet in oratorio sancti Bonifacii in Folda, quidam monachorum eorundem ostendens reliquias thesaurorum necnon et diversos choros ait: „En, frater, aliquando tanta hic erat multitudo monachorum, ut choris sibi invicem succedentibus nullum tempus diei sive noctis a laude Dei vacuum transiret: modo vix sumus XVIII et deest panis, quo vescamur." Et merito: quando monachi erant humiles et secundum nomen suum tam habitu quam actu penitentes, prebendas habebant pingues; ex quo enim ceperunt esse regales, dignum est ut et prebendas habeant curiales.

Es folgt sogleich Nr. 226.

226. (Om. XLV. Copp. III, 97). Unde civis quidam Coloniensis de monachis eiusdem civitatis protulit verbum etsi ociosum, memoria tamen dignum: „Quando" inquit „monachi sancti Martini[1]

3 qui me non permisit dorm. M[4] T[4]. — 9 nocte GHLT[4]. — 15 predia multa et infin. M[4] T[4]. — 18 modo eciam in M[4]. — 19 Fuldensem nur M[3]. — 20 Prûmiensem HLM[3], Proniensem G. — 21 hodie fehlt GHL. — 24 Fulda M[3], Folsa L, Solda T[4]. — 28 sumus decem et septem GHL.

224. Vgl. Vitae patrum V 16, 13 = Migne, Patr. lat. 73, 971 u. Pratum spirituale cap. 212 = ib. 74, 236. Herbert, Cat. of rom. III 93, 3. Odo von Cheriton (Hervieux nr. 17) = Herbert, l. c. 61, 15. 281, 33. Thomas Cantiprat., Bonum universale de apibus II 22 § 3, dazu van der Vet, Het Biënboc p. 320. Enxemplos nr. 294.

[1]) Kloster Groß St. Martin in Köln.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

coronas habebant latas et gloriosas, dabantur eis fercula esocis sui magna et ampla; modo quia coronas habent parvas, iusto Dei iudicio solita piscium fercula eisdem sunt minorata." Ex hiis omnibus probatur quod disciplina pariat habundanciam, habundancia vero, nisi summa cautela adhibeatur, destruat disciplinam, destruccio discipline habundanciam. Divicie similes sunt tineis: tinee de vestimento nascuntur (*Ecclus. 42, 13*); quod postquam demolitum fuerit, et ipse pereunt.

227. (O m. XLVI. C o p p. III, 103). Sicut scribit beatus B e r n a r d u s abbas C l a r e v a l l i s: Femina quedam erat in H y b e r n i a tam vehemens in lingua, ut eius procacitatem, iracundiam et maliciam non solum concives, sed nec proprii filii sustinere possent. Adducta est a filiis ad sanctum M a l a c h i a m, gentis eiusdem episcopum. Cui cum confessa fuisset peccata illeque pro ea orasset, mox, lingue viciis stantibus, tante tranquillitatis effecta est, ut omnis plebs tocius civitatis merito dicere posset de sancto episcopo: 'quia propheta magnus surrexit in nobis, et quia Deus' per sanacionem huius mulieris 'visitavit plebem suam' *(Luc. 7, 16)*.

228. (O m. XLVII. C o p p. III, 105). Sic beatus B e r n a r d u s quendam scolasticum C o l o n i e per esum piscis convertit. In C l a r a v a l l e consimili virtute cohortem militum per poculum cervisie sanavit. Nonne videtur tibi utrosque predicto modo tetigisse, strinxisse, traxisse? Eciam, efficaciter nimis apprehenderat eos.

229. (O m. XLVII. C o p p. III, 105). Miles quidam in conversione trium filiorum suorum adeo turbatus est, ut cum furore adiret abbatem G i s e l b e r t u m de C l a u s t r o [1]) diceretque ei: „Utquid, domine abbas, abstulistis michi filios meos? Non me bene tractastis." Cui ille tunicam ostendens respondit cum multa iocunditate: „En, care frater, et tibi parata erit hec tunica, quando venire volueris." Sicque mitigata est ira illius. Postea vero novicius apud nos defunctus est idem miles; vocabatur autem L u d o l f u s.

230. (O m. XLVII. C o p p. III, 106). Determinat enim lex opera quedam, que non licet fieri in sabbato: asinum vero vel bovem extra-

1 ferc. esocum **G.** — 9 Hibernia **L.** — 11 solum cives **M**[4] **T**[4]. — 14 ut omnes homines t. c. m. d. possent **GH.** — 18 sanctus Bern. **H.** — 19 Clarevalle **T**[4]. — 25 Gisilbertum **M**[4]. — 30 Ludolphus **M**[4] **T**[4], Ludolffus **G,** Ladolfus **M**[3].

227. Aus S. Bernardi Vita S. Malachiae cap. 25, 54 = Migne, Patr. lat. 182, 1104. Vgl. Dial. mirac. III 38.

228. Vgl. Nr. 189.

230. Vgl. Herbert, Cat. of rom. III 130, 91. 548, 102. Gesta Romanorum (ed. Oesterley) cap. 229. Bolte's Anm. zu Pauli, Schimpf und Ernst nr. 389. R. Basset, Revue des trad. populaires VIII (1893), 250. Hebr. Bibliogr. XIII

[1]) Giselbert ist 1169—1183 als Abt von Himmerode bezeugt (s. Wilkes a. a. O. S. 35 f.); er wird auch genannt im Dial. mirac. III 51. IV 78. 91. VII 51. XI 11.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

here de puteo in die sabbati nulli dubium est, quin opus sit servile. Occurrit hic quiddam memorie, quod nostris temporibus in Campania[1]) fertur contigisse. Casu Iudeus quidam lapsus est in cloacam. Allati sunt laquei, quibus extraheretur. Quod ille senciens exclamavit: „Sinite hic me iacere, sabbatum est; bene sustinebo usque in diem crastinum." Delatum est verbum ad comitem[2]), qui tunc presens erat. Qui ait: „Per Deum celi, ex quo ibi elegit celebrare sabbatum Dei sui, eciam sabbatum Dei mei illic celebrabit." Sicque sabbatizavit in stercoribus illis usque in quartum diem.

231. (Om. XLVII. Copp. III, 106). Cappa novicii, sicuti alibi dixisse me recolo, que clausa est et brachia constringit, significat pudiciciam et verecundiam, quam novicius habere debet, maxime tempore probacionis. Et est cappa vestis desponsacionis sicut cuculla traduccionis. Cuculla, que formam crucis habet, vestis est nupciarum; decet enim, ut uxor crucifixi triumphum viri sui representet in veste sua, ut dicere possit cum propheta: 'Induit me vestimento salutis et stola iusticie circumdedit me' (*Js. 61, 10*). Vestis hec manicas habet, quia monachus debet esse expeditus in amplexus sponsi sui. Extunc, si sacerdos est, tenetur missas celebrare, ministrare, legere et cantare, quod tempore probacionis non licuit. In cuculla omnia ista agenda sunt, in qua tenemur dormire et sepeliri, ne dicatur nobis in futuro: 'Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nupcialem?' (*Matth. 22, 12*). Quam periculosum sit cucullam abicere ex contemptu et mori sine illa, subsequens probat exemplum. Ante paucos annos in regno Francorum in domo quadam ordinis nostri, que Szere[3]) dicitur, sicut ex multorum relacione didici[4]), contigit, quod dicturus sum. Monachus ibi laborabat in acutis. Qui dum duplici calore torqueretur, infirmitatis scilicet et aeris, rogavit infirmarium, quatinus sibi liceret cucullam exuere et induere scapulare. Quod cum factum fuisset, absente infirmario expiravit. Qui reversus, non modicum ex hoc turbatus domum clausit, sca-

10 dix. me memini GH. — 11 signat pud. M[4]. — 23 cuc. proicere G. — illa suppositum prob. M[4].

137. Melander, Jocoseria (1617), S. 90. Hist. littér. de la France XXIII, 159f. Boaistuau, Hist. prodigieuses (1576), f. 33v. — Dieselbe Geschichte auf einen Juden in Magdeburg a. 1270 bezogen bei Bertuch-Schamelius, Chronicon Portense, Lipsiae 1739, S. 76.

231. Dial. mirac. XI 36.

[1]) Champagne.

[2]) Gemeint ist wohl, wenn Caesarius überhaupt an eine bestimmte Person gedacht hat, Graf Theobald IV. von der Champagne (1201—1253) oder einer der nächsten Vorgänger.

[3]) Vielleicht Maceriae, heute Maizières in Burgund (dép. Saône-et-Loire, arr. Chalon-sur-Sâone, cant. Verdun-le-Doubs, comm. Saint-Loup-de-la-Salle), nicht weit von Beaune; s. Janauschek, l. c. p. 26.

[4]) Abbas de Relaxhusen (= Riddagshausen bei Braunschweig, s. H. Hoogeweg, Verzeichnis der Stifter und Klöster Niedersachsens, Hannover 1908, S. 112) per nos transiens nobis retulit hoc miraculum, dicens se audivisse a priore et conventu iam dicte domus (Dial. mirac.).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pulare extraxit, cuculla indutum et matte superpositum tabula conventum advocavit. Qui dum deportatus fuisset in oratorium, media nocte in feretro se erigens, cum circumsedentes advocaret, excepto supriori omnes fugierunt. Cui et ait: „Nolite timere, ego sum frater ille, qui mortuus fui, et ecce! iam vivo. Vocate michi dominum abbatem.“ Qui cum adesset, cepit ei ille confiteri, que dicta sunt, et adiecit: „Ductus sum ab angelis ad paradisum. Et cum putarem me libere posse intrare, accessit ad hostium sanctus Benedictus et ait: 'Quis enim es tu?' Respondente me: 'Ego sum monachus Cisterciensis', subiunxit sanctus: 'Nequaquam; si monachus es, ubi est cuculla tua? Hic est locus quietis, et tu vis intrare cum habitu laboris, id est scapulari?' Quid plura? Ad peticionem sanctorum permissus sum ad corpus redire, ut sic habitu a vobis recepto merear ad preparatam beatitudinem intrare.“ Quo audito mox abbas cucullam, qua indutus fuerat, extraxit, cucullam, quam infirmitatis necessitate sibi extraxerat, reinduens ei. Sicque accepta benediccione mox spiritum reddidit.

232. (Om. XLVII. Copp. III, 107). Omnes ad nupcias invitati sumus, fratres, et utinam omnes a Christi spiritu! Invitat Spiritus sanctus, invitat et spiritus malignus: ille ad graciam, iste ad ruinam. Bene meministis, quid magistro Stephano[1]) sanctus Bernardus responderit, cum venisset ad Claramvallem sub typo conversionis: „Malignus“ inquit „eum spiritus adduxit; solus venit, solus revertetur.“ Quod ita factum est.

233. (Om. XLVII. Copp. III, 107). Quidam eciam veniunt mala intencione, sed Dei voluntate male incipiunt et bene finiunt. De hoc habemus exemplum de quodam priore eiusdem Clarevallis, qui tantum venit furti causa, et postea factus est monachus tam probate vite, ut in eadem domo in priorem promoveretur.

234. (Om. XLVIII. Copp. III, 110). Inseram et huic loco pro exemplo, quod anno preterito retulit nobis episcopus Livonie[2]) de

4 fr. vester qui **GHL**; ille fr. vester Dial. mir. — 5 iam fehlt M^4 T^4. — 7 cum putassem **HL**. — 13 beat. introire **GL** mit Dial. mir. — 14 mox fehlt **GHL**. — 30 Lyvonie **LM** ^{4}.

232. Dial. mirac. I 9 aus Vita s. Bernardi prima l. I cap. 13, 65 = Migne, Patr. lat. 185, 263. Vita secunda cap. 16, 46 = ib. 185, 496.

233. Vgl. Dial. mirac. I 3. Jacques de Vitry (ed. Crane) nr. 46. Herbert, Cat. of romances III 343, 24 (Vies des anciens pères). 349, 1.

[1]) Stephanus de Vitreio (Dial. mirac.).

[2]) Nach Dial. mir. IX, 37. X, 35 ist Bernhard zur Lippe gemeint, der 1218 zum Bischof von Semgallen geweiht wurde und Ende April 1224 starb, so daß die Erzählung kurz vor seinem Tode erfolgt ist, etwa im Frühjahr 1223, vor der Gefangennahme Waldemars (s. S. 160 Anm. 1) — 'anno preterito' ist also nicht ganz genau (Caesarius schrieb Ende 1225, s. Nr. 220). Vgl. Scheffer-Boichorst, Herr Bernhard zur Lippe, Detmold 1872, S. 93.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rege Dacie, qui hodie in vinculis detinetur [1]). Iste, inquit, rex tria sibi usurpaverat regna, videlicet Dacie, partem Romani imperii et Livoniam: regnum Dacie iure hereditario, terram imperii iure bellorum, Livoniam fraude et invidia Theutunicorum [2]); fuerat enim sanguine peregrinorum Theutunicorum a iugo infidelitatis liberata et beate Dei Genitrici dedicata, nam usque hodie vocatur terra beate Virginis [3]). Nocte quadam, cum idem rex adhuc in gloria sua staret, vidit aliquis monachorum predicti episcopi beatam Virginem et regem in uno loco simul et coram eis tria ligna, quorum posicio talis erat, ut in superiori parte duo fulcirentur ab uno. Et dixit ad regem Virgo gloriosa: „Bene vides: si hoc unum lignum subtractum fuerit, cadent et alia duo." Respondente rege: „Verum est", lignum unum subtrahitur, et ecce! alia duo mox ruerunt. Monachus vero intelligens visionem, mane retulit eam fratribus dicens quia: „Cicius cadet ab omni sua potestate rex iste propter iniuriam, quam irrogavit Dei Genitrici", lignum sustentans intelligens terram Livonie, ligna vero ex eo pendencia regnum Dacie atque Theutonie. Non multo post captus a comite Henrico [4]) ab utroque ruit regno; ita enim Theutunicorum in Livonia dominatui inridebat, ut diceret se malle regnare in eo paganos quam illos. Ergo necesse erat, ut rueret, quem caritas non sustentabat.

235. (Om. L. Copp. III, 118). Accidia morbus est anime valde periculosus, luxuriam parit, gulam nutrit, detracciones seminat, iurgia instaurat. Hec clericum arcet a studio, monachum eicit a claustro. Quod autem hoc vicium ex immissione dyaboli sit, subsequens exemplum ostendit. Monachum quendam dyabolus, sicut exitus probavit, ita accidiosum reddiderat, ut quociens esset ad matutinas surgendum, statim ex quadam pusillanimitate et timore vigiliarum sudore perfunderetur. Putans esse ex infirmitate iacuit, vestibus se operuit et, 'sicut hostium' secundum proverbium Salomonis (*Prov. 26, 14*) 'volvitur in cardine suo, ita piger' ille vertebat se 'in lecto suo'. Nocte quadam ad signa nolarum ceteris surgentibus, cum ille se nunc erigeret, nunc reclinaret, audivit desub lecto vocem quandam incognitam clare satis dicentem

1 in vinc. tenetur GL. — 9 simul fehlt M^4T^4. — 18 Heinrico G.

235. Dial. mirac. IV 28. Vgl. Bolte's Anm. zu Pauli, Schimpf und Ernst nr. 260.

[1]) König Waldemar II. von Dänemark wurde am 7. Mai 1223 mit seinem gleichnamigen Sohne vom Grafen Heinrich von Schwerin gefangen genommen; seine Freilassung erfolgte am 21. Dezember 1225. Vgl. u. a. Böhmer-Ficker-Winkelmann, Regesta imperii V, 4, Nr. 10902 a und 10953.

[2]) Deutschordensritter.

[3]) Chronik Heinrichs von Lettland III, 6, 4. IV, 13, 5. 25, 2 (ed. Arndt, MG. SS. XXIII, 246, 263, 313 f.).

[4]) Graf Heinrich von Schwerin.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sibi: „Noli surgere, noli sudorem tuum interrumpere, quia non expedit tibi." Tunc primum senciens sibi a dyabolo diu illusum, a fantastico illo sudore se excussit nec postea tanto torpori facile consensit.

236. (O m. LI. C o p p. III, 122). Legitur sanctam B r i g i d a m [1]) dulcedine verbi Dei, quod ei ministratum est a P a t r i c i o episcopo [2]) cum multis aliis, usque in diem tercium sic pastam fuisse, ut cibum corporalem sumere oblivisceretur.

237. (O m. LI. C o p p. III, 123). Quidam, sicut in Vitas-patrum legitur, repressit cordis indignacionem contra fratrem conceptam, ne eum verbis obiurgaret, in tantum, ut fel commocionis sanguis fieret in ore eius.

238. (O m. LI. C o p p. III, 124). Dulcedo spiritualium nupciarum multa est et magna, sed propter raritatem gustancium abscondita. Hoc bene experimento didicerat beate memorie D a v i d monachus de C l a u s t r o, qui ait: „Si nichil amplius glorie haberet Dominus Jhesus nisi, quantum michi ostendere dignatus est in hac vita, nimis esset." In cuius convivio frequenter sic inebriatus est, ut mente excederet et, quid circa se foris ageretur, penitus ignoraret.

239. (O m. LII. C o p p. III, 127). Quidam medicus terre nostre peritissimus, cum sanitatis gracia tres sibi accessiones tantum facere proponeret, per integrum pene annum sic febribus vexatus est, ut usque ad mortem deveniret.

240. (O m. LII. C o p p. III, 127). Sacerdos quidam alicuius nobilis et honeste religioseque matrone cappellanus erat. Qui cum gravissime pateretur stimulum carnis, nescio utrum de ea sive aliqua puellarum eius, delectacionis vehementissime ardorem sustinere non valens et, si libidini satisfaceret, spiritus sui, utpote filii (*Joh. 4, 47*), mortem timens, se ipsum eunuchizavit. Quod postea ex pallore vultus domina deprehendens exclamavit: „Quid fecisti, o miserabilis homo, quid fecisti? Materiam, per quam Deo servire habueras, tibi subtraxisti." Bene intellexerat, quod per certamen temptacionis plurimum meritum accrescat.

241. (O m. LIII. C o p p. III, 130). Ante paucos annos in villa quadam dyocesis T r a i e c t e n s i s [3]), que H o l c h o m dicitur, duo ru-

33 Holchim T [4].

237. Siehe oben Nr. 204.
238. Vgl. Nr. 61.
241. Dial. mirac. II 6.

[1]) Die h. Brigida, Aebtissin von Kildare in Irland. Vgl. ihre Vita vom sogen. Ultan c. 9, 59 und ihre Vita von Animosus II, 5, 28 (Acta sanctorum Februarii I, 126 und 164). Ueber diese Viten s. zuletzt J. F. Kenney, The sources for the early history of Ireland I, New York 1929, S. 361 f.
[2]) Der h. Patrick, Apostel Irlands.
[3]) Utrecht.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

stici inter se inimicabantur. Qui post plenam reconciliacionem quasi amici simul nemus ingressi, suadente dyabolo actum est, ut unus, cui nomen erat Hildebrandus, antique memor malicie adversus alterum insurgeret eumque occideret. Propter quod rotali pena plexus est. Cuius immisericordia sic motus est misericors Deus, ut voluntatem ei confitendi non concederet, cum tamen tam a sacerdote quam ab advocato ville satis ad hoc hortaretur. Qui post mortem sacerdoti suo apparens dicebat se carceri infernali et incendiis eternis deputatum, maxime quia contempserat medicinam confessionis. Quia servus iste nequam egressus fuerat a misericordia, non invenit misericordiam. Per hoc quod dicitur: 'Egressus autem servus ille' (*Matth. 18, 28*), sicut exponit abbas noster dominus Henricus, innuitur eius culpa.

242. (Om. LIII. Copp. III, 130 f.). Qui (*angeli*) sicut de salute nostra letantur, ita et de malis nostris contristantur. Unde in Ysaia: 'Angeli pacis amare flebunt' (*Js. 33, 7*); sic enim de malis actibus nostris dolent, flent et contristantur, ut gaudium internum, quod eis inest ex divina contemplacione, nullatenus in eis minuatur. Qui hominibus nonnunquam apparentes, quantum Deo opera nostra bona placeant vel mala displiceant, ipso vultu manifestant. Ex quibus de pluribus unum ex Vitas-patrum proferam exemplum. Beate memorie Paulus Simplex, discipulus Antonii Magni, cum aliquando venisset in monasterium visitandi gracia et singuli fratres intrarent ecclesiam ad missas, per graciam acceptam vidit facies eorum claras et splendidas et uniuscuiusque angelum gaudentem cum eis. Ex quibus unum tantum contemplatus est nigrum et obscurum corpore toto et demones ex utraque parte eum tenentes atque trahentes ad se ipsos, capistro in naribus eius misso, sanctum vero angelum de longe lugubrem tristemque sequentem eum. Quo viso cum lacrimando pectus tunderet nec tamen fratribus requirentibus tunc causam exponeret, post missam omnibus exeuntibus vidit eundem prius nigrum et obscurum exire de ecclesia clarum quidem vultu, candidum corpore, demones autem, qui eum ante tenebant, postea de longe sequentes, sanctum vero angelum iuxta ipsum ambulantem letum et propinquum et gaudentem super eum valde. Paulus vero hec videns exilivit, gaudens et Deum benedicens fratribusque convocatis rem per ordinem omnibus recitavit; intellexerat enim tum ex divina revelacione tum ex ipsius hominis confessione quod gementi, confitenti et satisfaccionem pollicenti misericors Dominus multa milia talentorum dimisisset. Vixerat idem homo multo tempore in fornicacione.

3 Hyldebrandus HL. — 4 pena perplexus GL. — 8 eternis dampnatum GL. — 12 dominus fehlt GHL. — Heinricus G, Hainricus HLM^3. — 29 fr. inquirentibus T^4.

242. Vitae patrum V 18, 20 = Migne 73, 985. Vgl. III 167 = ib. 73, 795 u. VII 23, 2 = ib. 73, 1046 (anders III 166 = ib. 73, 794 u. VII 23, 1 = ib. 73, 1045). Herbert, Cat. of rom. III 64, 54. 514, 43. 525, 85. 545, 59. 668, 280.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

243. (Om. LIII, Copp. III, 133). Nondum annus dimidius elapsus est, quod casus iste contigit in Hollandia. Tres germani, viri admodum honesti, ex improviso inimicis suis occurrerunt. Ex quibus duo mox ab illis occisi sunt, tercius vero usque ad mortem deductus. Qui cum illis abeuntibus adhuc spiraret, venit sacerdos, locutus est ille et confessus. Cui cum diceret sacerdos: „Dimitte occisoribus tuis, ut Deus, qui dicit: 'Dimittite, et dimittemini' (*Luc. 6, 37*), dimittat tibi peccata tua", respondit ille: „Quomodo potero hoc facere? En, ut vides, duos fratres meos iuxta me occisos intueor, me autem usque ad mortem vulneraverunt." Illo cum instancia suadente, iterum respondit: „Si mortuus fuero, Deus eis dimittat; si vero convaluero, ego vindicabo." Cui sacerdos: „Deus precepit, ut de corde dimittatur", et adiecit: „Ego tibi dico in veritate que Deus est: si non dimiseris eis, mox ut expiraveris, ibis in gehennam; si vero illis dimiseris propter Deum, faciens de necessitate virtutem [1]), Deus tibi dimittet omnia peccata tua et eris heres vite eterne." Ad quod verbum mox homo compunctus ait: „Ego de corde illis dimitto, et si Dominus concesserit vitam, ego omnes consanguineos meos et amicos, ne vindicent, quantum potero, sine simulacione inducam." Sicque post paululum defunctus est. In ipsa hora mortis de castro vicino magna claritas super corpus eius visa est. Et ecce! post horam anima ad corpus revertente, loqui cepit homo ad circumstantes et testificari, quam salubre sit ignoscere inimicis. „Deputatus" inquit „eram penis infernalibus, sed quia occisoribus meis dimisi ex corde culpam, cum tamen me vindicare non possem, Christus ocius me recipiet in eternam quietem; idcirco enim redire permissus sum, ut ista vobis intimarem. Et ut sciatis vera esse, que dixi, ecce! mox morior et paradisi portas ingredior." Quod et factum est. — Hec michi relata sunt a magistro Johanne, abbate sancti Trudonis [2]), qui eodem tempore crucem in partibus illis predicavit.

244. (Om. LV. Copp. III, 139 [137]). 'Non est potestas nisi a Deo, ideo ex necessitate subditi estote non solum propter iram, sed propter conscienciam; ideo enim et tributa prestatis' (*Rom. 13, 1. 5. 6*). Et ne quis hoc facere erubesceret, ipse Dei Filius pro se tributum solvere dignatus est (*Matth. 17, 24—27*). Cuius exemplo duo sanctissimi senes, ut legitur in Vitas-patrum, de heremo ad dominos suos carnales, quorum servi erant originarii, descendentes censum capitum suorum deferebant. Quem cum illi recipere recusarent, dixerunt quia, si non reciperent censum debitum, quod a servicio Dei recederent atque ad

2 Hollandria **G.** — 5 advenit sac. **GHL.** — 27 paradisi ianuas ingr. **T**^{4}. — 28 Johanne alberto s. Tr. **GL.** — 29 quia eodem **GL.** — 35 ad dominos ... erant fehlt **GHL.** — 37 illi accipere **HL.**

243. Vgl. Caes., Libri mirac. II 35.

244. Vgl. Vitae patrum III 17 = Migne, Patr. lat. 73, 747 u. V 15, 31 = ib. 73, 960.

[1]) Vgl. oben S. 9 Anm. 2.

[2]) Johann I. war 1222—1228 Abt von St. Trond; vgl. Libri mirac. I 1 und öfter im Dial. mirac.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ipsorum obsequium redirent. Quibus et gracias maximas egerunt quod Deo servire permitterentur; non enim servis sine licencia dominorum suorum ad religionem transire licet. Quod si fecerint, poterunt eos revocare.

245. (Om. LV. Copp. III, 139 [137]). Per hoc autem quod Dominus primum dixit: 'Reddite que sunt Cesaris Cesari' ac deinde: 'que sunt Dei Deo' (*Matth. 22, 21*), quasi anteponens imperiale servicium divino, puto quandam consuetudinem, que valde sollempnis est, in sancta ecclesia inolevisse: quando aliqui promoventur in pontifices sive in abbates imperiales, primum tenentur recipere ab imperatore regalia quam a papa sive episcopis spiritualia, id est consecracionem episcopalem [1]). Quodsi contrarium fecerint, multum poterunt a regibus gravari. Quia dominus Albero Treverensis [2]) archielectus a domino papa Eugenio [3]) Leodii consecratus est, antequam recepisset regalia, Conradus rex Romanorum [4]) eidem postea regalia negavit. Cui cum multa difficultate reconciliatus est.

246. (Om. LVI. Copp. III, 148). Per crustulam (*panis*) venerabilis pater noster Benedictus designatus est, eo quod forma eiusdem panis illius vite specialius conveniat . . . Panis erat modicus, quia humilis vel quia in etate puerili flore mundi despecto [5]) necnon et litterarum studiis, religionis habitum suscepit [6]), ad heremum cucurrit, in quo per ignem temptacionis in camino paupertatis sic decoctus est, ut totus in cruste duriciam versus videretur. Sicut de illo legitur [7]), cum carnis voluptate gravissime temptaretur, in spinarum aculeis et urticarum incendio se volutans sic contra vicium luxurie induruit, ut nichil amplius tale aliquid in suo corpore sentiret.

1 obsequia G. — 13 Albertus Tr. archiepiscopus electus GM[3]. — 14 domino fehlt GHLM[3]. — 15 Chunradus GHLM[3]. — 22 ignem tribulacionis atque temptacionis GHL.

[1]) Nach der für Deutschland geltenden Bestimmung des Wormser Konkordats.

[2]) Albero von Montreuil, seit 1131 Erzbischof von Trier, gest. 1152.

[3]) Papst Eugen III. 1145—1153. Diese Angabe beruht auf einem Irrtum, denn nicht von Eugen III., sondern von Papst Innocenz II. (1130—1143) wurde er im März 1132 konsekriert und nicht in Lüttich, sondern in Vienne.

[4]) Nicht Konrad III. (1138—1152), sondern sein Vorgänger Lothar III. Balderich, Gesta Alberonis c. 13 (MG. SS. VIII, 250): 'Lotharius rex noluit eum investire regalibus, eo quod ante recepisset consecrationem episcopalem, quam suam requisivisset investituram', usw. Vgl. u. a. Bernhardi, Lothar von Supplinburg, S. 376, 425 f.

[5]) Gregor, Dial. II, prol. = Migne, Patr. lat. 66, 126; ed. Moricca S. 71, Z. 9.

[6]) Eb., Moricca S. 72, Z. 2 und 4.

[7]) Auch Nr. 151. Aus Gregor, Dial. II 2 = Migne, Patr. lat. 66, 132; Moricca S. 79. Vinc. Bellov. Spec. hist. XXI cap. 54. J. Th. Welter, Speculum laicorum nr. 93, 2. Enxemplos nr. 182.

Aehnliche Askese (nächtliches Baden im Schnee) bei Et. de Bourbon nr. 223. Herbert, Cat. of rom. III 670, 304.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

247. (O m. LIX. C o p p. III, 166). Monachus quidam de O t t e r b u r g[1]), teste domino P h i l i p p o[2]) eius abbate, cuius relacione, que dicenda sunt, cognovimus, tam duras temptaciones incurrerat, ut ad seculum redire proponeret. Nocte quadam cum staret in choro et mente tractaret, quando vel quomodo de monasterio exiret, pre tedio cantare non potuit. In laudibus vero dum canticum sancti Abacuc psalleretur, eo quod esset sexta feria, iam dictus abbas ad excitandum fratres chorum circuivit. Qui cum venisset ad monachum illum fluctuantem et non cantaret, putans eum dormire, se ad illum inclinavit et versiculum, qui eadem hora psallendus erat, in aurem vigilantis fortiter clamavit dicens: 'Egredietur dyabolus ante pedes eius' (*Habac. 3, 5*). Qua voce audita satis territus est ille, putans abbatem per aliquam revelacionem cogitaciones suas pravas et asperas non ignorare, quibus tam manifeste voce prophetica visus est respondere, nec aliter intelligens verba prophete quam pro se facta, timuit maledicciones illius, si abiret, incurrere et dyabolum itineris sui ducem habere. Sicque timore pene ab itinere mortis revocatus est.

248. (O m. LX. C o p p. III, 169 f.). Nunc de signis, que facta sunt 'in sole et luna et stellis' (*Luc. 21, 25*) nostris temporibus, prout gesta sunt, hiis, qui non viderunt vel forte facta non intellexerunt, referemus. Tempore scismatis inter O t t o n e m et P h i l i p p u m reges Romanorum[3]), cum idem Philippus curiam sollempnem celebraret cum principibus anno Domini M°CC°VI°, signum magnum satisque mirabile apparuit in sole: in tres siquidem partes divisus est, ita ut intervalla essent inter partem et partem ad instar lilii tres flores habentis. Quod ubi notari cepit, sicut nobis retulit dominus K a r o l u s abbas V i l a r i e n s i s[4]) et monachus eius, qui presentes erant, multi concurrerunt, super tanto miraculo disputantes. Et interpretati sunt quidam quod triplex illa solaris corporis divisio signum esset scismatis, quod tunc temporis in Romano fuit imperio, eo quod tres principes sibi illud sub

1 Otterburch T[4], Oterburch M[3]. — 2 eius abbate fehlt GHL. — 14 usus est r. GL. — v. prophecie GL. — 20 vel tunc forte GHM[3]. — reseremus GHLM[3]. — 28 super tali mir. GHM[3].

247. Dial. mirac. IV 55.
248. Dial. mirac. X 23.

[1]) Cisterzienser-Abtei Otterberg an der Otter bei Kaiserslautern in der Rheinpfalz; s. Janauschek, Orig. Cist. p. 82; W. Fabricius, Erläuterungen zum geschichtlichen Atlas der Rheinprovinz VI, Bonn 1914, S. 258 ff.

[2]) A. Kaufmann, Annalen XLVII (1888), 210 Anm. 2 verweist betr. des Abtes Philipp, dessen Konversion Dial. mirac. I 38 erzählt wird und der Otterberg um 1195—1222 leitete, auf Fr. X. Remling, Urkundliche Geschichte der Abteien und Klöster im jetzigen Rheinbayern I, Neustadt 1836, S. 219—221.

[3]) Otto IV. und Philipp von Schwaben. Die folgenden Worte gehen auf den Hoftag von Gelnhausen Ende Januar und Anfang Februar 1207 (1206 nach dem Osterstil). Vgl. Böhmer-Ficker, Regesta imperii V, 1, Nr. 140/41.

[4]) Karl Abt von Villers, s. Nr. 128.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nomine regio usurparent: Fredericus[1]) scilicet, qui hodie imperat, Philippus patruus eius, dux Suevie, Otto filius Henrici quondam ducis Saxonie. Post multam horam coierunt partes et redintegratum est corpus solare. Occiso autem Philippo[2]) et Ottone post confirmacionem deposito atque defuncto[3]), Fredericus revocatus mirabiliter satis regnare cepit, et quasi ad suam plenitudinem sol divisus rediit. Facta est hec visio tercio Kalendas Februarii.

249. (Om. LX. Copp. III, 170). Mense sequenti, id est pridie Kalendas Marcii, facta est ecclypsis solis maxima, mortis Philippi regis, qui non multo post[4]) occisus est, ut quidam interpretati sunt, presaga.

250. (Om. LX. Copp. III, 170). Anno vero presenti, qui est M^us CC^us XXV^us ab incarnacione Domini, in Suevia in civitate, que dicitur Giemunda[5]), nocte quadam sex scolares cum uno sacerdote ad quoddam funus psalterium lectitantes, post eius complecionem egressi foras simul viderunt in celo lunam corniculatam et inter eadem cornua in corpore lune obscurato cruces septem, ex quibus media maior erat. Et ecce! ingens draco apparuit iuxta illam, ita ut ore aperto videretur illam velle devorare cum crucibus[6]). Ad cuius hyatum luna quasi territa eis intuentibus saltum dedit, adeo ut cruces aliquantulum tremefacte ab invicem disiungerentur. Cumque scolares starent attoniti, due candele ardentes de celo sunt lapse et in ecclesia sancti Johannis Baptiste, que in eadem civitate posita est[7]), recepte. Post modicum in aliam ecclesiam extra muros eiusdem oppidi translate sunt. Sacerdos vero cum scolaribus de tam horrifica visione territi et quia in ianuis esset dies iudicii formidantes, omnes in ordine nostro facti sunt novicii. Videtur michi luna hec modica signare sanctam ecclesiam hodie heu! tum sevicia Sarracenorum tum perfidia hereticorum nimis demembratam, ecclypsatam atque minoratam, septem vero cruces, eo quod septenarius universitatis numerus sit, multitudinem signatorum, draco dyabolum. Quantum hodie propter crucesignatos draco

2 dux Suevie fehlt **GHM**[3]. — Heinrici **H.** — 11 presagi **GM**[3]. — 31 draco iste dyab. **GH.**

249. Dial. mirac. X 24.

[1]) Friedrich II.
[2]) Durch Otto von Wittelsbach, 21. Juni 1208.
[3]) 19. Mai 1218.
[4]) 'sequenti anno' Dial. mir. Die Sonnenfinsternis wird auch in der Chronica regia Coloniensis erwähnt (ed. Waitz S. 181 und 224).
[5]) Schwäbisch Gmünd an der Rems im Württembergischen Jagst-Kreis.
[6]) Ueber die Vorstellung der Verschlingung des Mondes durch ein Tier vgl. Kaufmann, Annalen LIII (1891), S. 121, Anm. 1.
[7]) Die romanische Johanniskirche von Gmünd besteht noch heute. Vgl. E. v. Paulus und E. Gradmann, Die Kunst- und Altertums-Denkmale im Königreich Württemberg, Jagstkreis I, Eßlingen 1907, S. 392 ff.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ille teterrimus seviat, quam ardenter eosdem cum matre ecclesia in ventre suo malicie traicere satagat, nullus dubitare debet, sed, licet trepidet ecclesia, sicut factum est in perdicione Damiate[1]), Christi tamen virtute fauces eius evadet.

251. (Om. LX. Copp. III, 170). Magister Johannes, nunc abbas sancti Trudonis[2]), cum crucem predicaret in expedicione eiusdem Damiate staretque in curru, sicut ipse michi retulit, sole clarius splendentem lunam sub multa festinacione ad solem vidit currere, lunam intelligens auditores verbi, solem vero Christum, cuius amore plures ex eadem turba signati sunt. — Hec de signis solis et lune exempli gracia dicta sufficiant.

252. (Om. LX. Copp. III, 171). Porro signa in stellis insolita eodem tempore visa sunt; nam circa duas ebdomadas apparuit stella post solis occasum tante magnitudinis, ut ad instar facule ardentis ex se flammas emitteret multisque esset eadem visio admiracioni simul et terrori. Judei usque hodie asserunt eam signum esse adventus sui Messie.

253. (Om. LX. Copp. III, 171). Eodem pene tempore in Hispania, sicut nobis retulit quidam abbas eiusdem gentis de ordine nostro, stella non semel, sed sepius visa est discurrere in superficie terre, ita ut multis videretur quod manibus capi posset.

254. (Om. LX. Copp. III, 171). Quod vero sequitur: 'et in terris pressura gencium pre confusione sonitus maris et fluctuum' etc. (*Luc. 21, 25*), pro magna parte impletum vidimus. Nam anno gracie M°CC°XVIII° mare in partibus Frisie terminos suos egrediens multarum provinciarum terras occupavit, villas delevit, ecclesias lapideas deiecit, tantam hominum extinguens multitudinem, ut summa centum milia transcenderet. Ita exaltati sunt fluctus eius, ut turrium altitudines operiret et procella procellam impellens generale diluvium terris minaretur, arescentibus hominibus gentis eiusdem pre timore et expectacione, nec mirum.

255. (Om. LX. Copp. III, 171). Non effluxerat biennium, et ecce! plaga rediviva per aquarum inundaciones innumerabiles extinxit. Poterant bene ad tantas miserias virtutes celorum moveri.

---

3 in expedicione Dam. M[3]. — 4 evadit M[3]. — 7 eiusdem civitatis Dam. GHM[3]. — retulit media die sole GHM[3]. — sole clare splendente M[3]. — 8 lunam cum multa GM[3]. — vidit splendere M[4] T[4]. — 18 Hyspania T[4], Yspania GH. — 20 stella quedam non G. — 21 vid. quasi man. M[4]. — 24 videmus M[4] T[4].

---

252. Dial. mirac. X 26.
254. Dial. mirac. VII 3, wo die 'causa plagae' geschildert wird.
255. Dial. mirac. VII 3.

---

[1]) Ueber den Fall von Damiette im Jahre 1221 vgl. u. a. H. Hoogeweg, Mittheil. d. Inst. f. österr. Geschichtsforschung IX (1888), 414 ff.
[2]) Ueber Abt Johann von St. Trond als Kreuzprediger s. oben Nr. 243.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

256. (Om. LX. Copp. III, 171). Cum Oliverus scolasticus Coloniensis, nunc autem episcopus et cardinalis sancte Sabine[1]), cuius hic verbis utar, crucem predicaret in Frisia in dyocesi Monasteriensi villa Bedian[2]), mense Maio feria sexta ante penthecosten[3]) triplex forma crucis apparuit in aere: una candida versus aquilonem, alia versus meridiem eiusdem coloris et scematis, tercia medio colore colorata, habens crucis patibulum et figuram hominis in ea suspensi elevatis brachiis et extensis, cum infixione clavorum in manibus et pedibus, et capite inclinato. Hec media fuit inter alias duas, in quibus non erat effigies humani corporis. — Ecce! etsi Christus ibi visus non est in maiestate, sed magis in forma humilitatis, quia in cruce erat, tamen eadem visio potestas et causa erat magne salutis, quia multi illius gracia cruce signati sunt[4]).

257. (Om. LX. Copp. III, 171). Alia vice et alio loco in villa Frisie Suterhusen[5]) tempore predicte predicacionis apparuit iuxta solem una crux cerulei coloris.

258. (Om. LX. Copp. III, 171). Tercia fuit apparicio in villa Docheim[6]), ubi sanctus Bonifacius martirio coronatus est. Hanc omnis populus vidit, necnon et abbas noster[7]), qui eodem tempore presens fuit.

259. (Om. LXI. Copp. III, 172). Firmamentum celi (*Gen. 1, 14*) sancta est ecclesia, verbo Dei, id est Christi gracia firmata . . . In hoc celo sive firmamento fecit Deus duo luminaria magna, id est duas magnas et summas dignitates, papatum videlicet et imperium[8]).

---

1 Olyverus **HM**[4]. — 2 Sabyne **H.** — 4 Bedyan **M**[3]. — 7 medio fehlt **GH**. — 11 forma infirmitatis **G.** — 15 Sutherhusen **M**[4], Suterhuzen **M**[3]; dicta fügt **G** hinzu. — predicte fehlt **GH.** — 18 Dotheym **M**[3], Dochem **GM**[4].

---

256. Dial. mir. X 37 (aus Olivers Historia Damiatina cap. 9, ed. Hoogeweg S. 174). Vgl. oben Nr. 83.
257. Dial. mirac. X 38 (aus Oliver, s. Nr. 256).
258. Dial. mirac. X 39 (aus Oliver, s. Nr. 256).

---

1) Oliver wurde im September 1225 Kardinal.
2) Bedum nördlich von Groningen.
3) 16. Mai 1214.
4) Vgl. Olivers Briefe, Hoogeweg S. 285 ff.
5) Surhuizum in Holl. Friesland (Arr. Leeuwarden, Kant. Bergum).
6) Zu Dokkum in Holländisch Friesland am 5. Juni 1214.
7) Heinrich von Heisterbach.
8) Zum Vergleich der weltlichen und geistlichen Gewalt mit den beiden Himmelslichtern, den z. B. Innocenz III. verwendet, vgl. u. a. K. Burdach, Rienzo und die geistliche Wandlung seiner Zeit (Vom Mittelalter zur Reformation II, 1), Berlin 1913—1928, S. 273 ff. Ueber Caesarius' kirchenpolitische Anschauungen vgl. A. Schönbach, Beiträge zur Erklärung altdeutscher Dichtwerke II (Sitzungsberichte der philos.-hist. Klasse der Wiener Akademie 145, 1903, 9. Abh.), S. 34 ff., wo S. 44—47 auch Nr. 259 und 260 fast ganz abgedruckt sind.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Luminare maius Romanus pontifex est, vicarius Christi, pater patrum, pastor universalis et caput tocius ecclesie. Luminare minus Romanus imperator est, excellentissimum ecclesie membrum, princeps et caput omnium regum. Sol significat papam, quia sicut sol dicitur quasi solus lucens comparacione, ita dominus papa gloria, auctoritate et dignitate omnem in hoc mundo precellit dignitatem. Ipse enim in litteris suis non solum omnibus episcopis vel principibus, immo eciam imperatori se anteponit. Magna dignitas; sed ve illi, si splendor magnitudini, id est sanctitas dignitati illi non responderit! Luna congruit imperatori, quia, dum a papa coronatur et benedicitur, quasi luna a sole accenditur. Talem ac tantam gloriam Constantinus imperator humili, sed sancto episcopo Silvestro contulit privilegiisque confirmavit.....

Per diem intelligitur ordo clericalis et persone spirituales, per noctem ordo laicalis et viri seculares. Illos diem dixerim propter lucem exterioris sciencie et cognicionem legis divine, istos vero noctem propter defectum litterature: uterque ordo Dei est et a Deo illuminatur secundum illud: 'Tuus est dies et tua est nox' *(Ps. 73, 16)*. . . . . Factus est ergo sol, id est pontifex Romanus, 'in potestatem diei' *(Ps. 135, 8)*, quia ipse specialem potestatem accepit in clerum et tantam, ut omnia ecclesiastica stipendia necnon et dignitates a se et sub se esse testetur et ad libitum, cum vult, illa dispenset. Imperator vero factus est 'in potestatem noctis' *(Ps. 135, 9)*, quia omnes principatus seculares ab ipso sunt et ab ipso teneri deberentur, si in sua gloria, id est monarchia, Romanum staret imperium.

Duplex hec potestas duo gladii sunt, quos Domino Petrus presentavit, illo respondente: 'Satis est' *(Luc. 22, 38)*. Unus gladius spiritualis est, qui pape collatus est a Domino; alter materialis, quem tenet imperator similiter a Deo. Hoc duplici gladio regitur ac defensatur ecclesia Christi [1]). Apostolici vero condiderunt decreta, imperatores leges et iura, quorum tanta concordia est, ut unus alterius regat hemispherium. Nam in causis ecclesiasticis ecclesia legibus utitur et iure, et e converso.

Advertite nunc, fratres, quanta vel qualia signa facta sunt in hiis duobus luminaribus et hoc temporibus nostris. Nam post mortem Henrici imperatoris [2]), cum Otto comes Pictaviensis Colonie fuisset electus in regem Romanum, Innocencius papa cepit in tantum illum diligere, ut eleccionem eius confirmaret, electores a iuramento, quod Frederico, qui hodie imperat, fecerant, absolveret, adversarios eius excommunicaret et nonnullos

33 in his magnis lum. M [3]. — 35 Heinrici GH.

[1]) Ueber diese Lehre von den 2 Schwertern vgl. u. a. Ed. Eichmann, Acht und Bann im Reichsrecht des Mittelalters (Görres-Gesellschaft, Sektion für Rechts- und Sozialwissenschaft 6), Paderborn 1909, S. 36 ff.; J. Lecler, L'argument des deux glaives (Recherches de science religieuse XXI, 1931, S. 299—339).

[2]) Tod Kaiser Heinrichs VI. 1197. Zum Thronstreit vgl. Dial. mirac. II 9 u. 30. IV 71. VI 27. VIII 85. X 19 u. 23; Caesarii Catal. archiep. Colon. (MG. SS. XXIV, 346).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

episcoporum propter ipsum deponeret. Quem cum Rome in ecclesia sancti Petri apostoli in imperatorem consecraret, tanta inter illos erat amicicia tantaque concordia, ut in eis impletum videretur illud sancti Abacuc prophete: 'Sol et luna steterunt in habitaculo suo in luce sagittarum tuarum' *(Habac. 3, 11)*, ita ut multi sperarent, quod per eos quasi in splendore 'fulgurantis haste Dei' *(Nahum 3, 3)* cecitas Sarracenorum vel illuminanda esset vel virtus expugnanda. Et ecce! non absque magno miraculo propter quedam allodia tam repentina facta est inter eos dissensio, ut maius esset odium Innocencii contra Ottonem amore pristino, ita ut quosdam presulum irrecuperabiliter depositos ad ipsius impedimentum restitueret eique adherentes excommunicaret vel deponeret. Cui eciam Fredericum, regem Sicilie, adversarium suscitavit, Ottonem excommunicatum denuncians atque depositum. Quem cum pene omnes principes imperii deseruissent rupto iureiurando, valde elevatus est sol, id est Innocencius, de tanti viri deieccione glorians; sed luna, Otto scilicet, stetit in ordine suo, nomen imperatoris, quoad vixit, sibi usurpans et in eo decedens . . . In hiis signis facta sunt satis notabilia, quia pene omnes episcopi Alemannie timore Innocencii sive Frederici ruperunt iusiurandum, laicis satis portentuosum relinquentes exemplum. Fuit eodem tempore 'in terris pressura gencium pre confusione sonitus maris et fluctuum' (*Luc. 21, 25*); tanta tunc extitere bella atque depredaciones in provinciis, ut populis imminencia mala fugientibus gravis admodum pressura fieret in civitatibus munitis atque castellis . . . Tantus in eodem scismate sonitus erat depredancium, tam miserabiles clamores sustinencium, ut merito arescere possent homines pre timore et expectacione eorum, que supervenire timebantur universo orbi Romano. Possunt eciam sonitus maris et fluctuum signare rumores, quos excitavit regni discordia, quibus non solum seculares, sed eciam claustrales turbabantur, aliis defendentibus partes Ottonis aliisque partes Philippi sive Frederici; in quibus dum viri spirituales versarentur contenciosa locucione, arefiebant ab humore celestis gracie. Graciam devocionis et lacrimarum in oracione rumores seculares valde minuere solent. 'Nam virtutes celorum movebuntur' (*Luc. 21, 26*): virtutes celorum significare videntur personas contemplativas in utroque sexu, quarum conversacio in celis est et virtus magna apud Deum. Ut enim taceam de clericis, monachis atque ceteris religiosis, quorum monasteria eodem tempore rapinis sunt vastata, clerici capti, monachi ad thesaurorum suorum declaracionem penis inducti, innumerabiles sanctimoniales necnon et recluse mote sunt et extracte satisque miserabiliter deducte, ita ut angelice virtutes, quarum vitam in terris imitantur virgines, super illarum iniuria merito moveri debuissent.

260. (Om. LXI. Copp. III, 174). Iisdem temporibus maxima accessit 'confusio sonitus maris et fluctuum' (*Luc. 21, 25*), id est heretico-

8 virtus extirpanda M 3. — 13 Cicilie M 4. — 18 satis mirabilia, quia GHM 3. — 35 signare vid. GH.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rum Albiensium aperte fidem catholicam impugnancium [1]). Sed omnipotens Deus contra tam multiplicia mala magnum adhibuit remedium, videlicet Filii sui spiritualem adventum ... Occasione igitur hereticorum Albiensium maxime sub Innocencio papa institutus est inspiracione divina ordo Predicatorum. Qui veraciter et merito nubibus volantibus (*Is. 60, 8*) comparantur, eo quod mente mundo superiores nichil in hoc mundo possideant. Propter quod timorem mundanum abicientes minis tonant, per quorum ora necnon et aliorum sanctorum predicatorum crucem predicancium Filius hominis venit et cottidie venire non desinit in innumerabilium corda peccatorum, cum potestate magna illis remittendo et maiestate virtutes illis infundendo.

261. (Om. LXII. Copp. III, 178). Monachus quidam Alardus nomine, cum in Lucka [2]), domo quadam ordinis Cisterciensis, moriturus esset, vultu iocundo ad fratres circumstantes locutus est: „Ecce! Dominum meum Jhesum Christum cum matre sanctissima et multitudine angelorum atque sanctorum presentes intueor, qui manu sua mento meo supposita mox animam egredientem suscipiet. Et ut sciatis esse verum, en spiritum reddo." Mira Dei gracia: cum corpus illius vermibus scateret, mox, anima egressa, tam suavissimus odor subsecutus est, ut omnes odores aromaticos superaret.

262. (Om. LXII. Copp. III, 178). In predicto cenobio Lucka, cum conversus quidam [3]) sancte admodum vite moriturus esset, circumspexit et risit. Sciscitantibus causam respondit: „Cur non rideam, cum Dominam meam sanctam Mariam aspiciam?" Sicque ridendo expiravit.

263. (Om. LXII. Copp. III, 178). Quando electi tempore agonie circumspiciunt et cum quadam vultus tranquillitate capita cum oculis sursum attollunt, signum est presencie ac consolacionis divine. Econtra reprobi ad instar colubrorum capita sua retorquent et tegunt, horrorem dyabolice visionis portare non valentes. De hoc exemplum habemus in Dyalogo beati Gregorii [4]) de puerulo blasphemo, qui demones in Maurorum specie videns caput in sinu patris occuluit.

---

19 verm. scaturiret G, verm. sc. atque feteret GHLM[3]. — 27 mit circumspiciunt endet L. — 31 beati fehlt GH. — 32 occultavit GH.

---

261. Vgl. Dial. mirac. XI 19.
262. Vgl. Dial. mirac. VII 52.

---

[1]) Ueber die Albigenser vgl. Dial. mirac. V 21.

[2]) Kloster Loccum (Hannover, Kreis Stolzenau); s. H. Hoogeweg, Verzeichnis der Stifter und Klöster Niedersachsens, Hannover 1908, S. 80.

[3]) Pavo nomine (Dial. mirac.).

[4]) Vgl. Gregor, Dial. IV 18 (19) = Migne, Patr. lat. 77, 349; ed. Moricca S. 257. Jacobus de Vitriaco (ed. Crane) nr. 294. Herbert, Cat. of romances III 25, 217. 73, 152 (Odo von Cheriton). 281, 28. 514, 52. 545, 53. Scala celi, fol. 25.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

264. (Om. LXIII. Copp. III, 181). Magister Thomas theologus, cum in expedicione Damiate in castro peregrinorum in camera quadam decumbens moriturus esset, dyabolum in angulo domus stantem vidit. Quem cum cognovisset, voce beati Martini allocutus est dicens: „Quid hic astas, cruenta bestia?[1]) Dic michi, quid est, quod maxime vobis noceat?" Cumque ille nichil responderet, scolasticus subiunxit: „Adiuro te per Deum vivum, qui iudicaturus est vivos et mortuos et seculum per ignem, ut dicas michi proposite interrogacionis veritatem". Ad quod demon respondit: „Nichil est in ecclesia, quod tantum nobis noceat, quod sic virtutes nostras enervet, quomodo frequens confessiò. Quando" inquit „homo in peccatis est, peccatis dico mortalibus, omnia eius membra ligata sunt et non potest se meritorie movere; cum vero eadem confitetur, statim liber est et mobilis ad omne bonum". Quo audito doctor ille bonus et crucis Christi fidelis predicator letus expiravit.

265. (Om. LXIII. Copp. III, 182). Nonnunquam, ut ait sanctus Gregorius[2]), in consolacionem egredientis anime apparere solet ipse auctor et remunerator vite. De hoc exemplum ponit de Tarsilla amita sua. Que cum in extremis ageret, Jhesum videns et agnoscens ad circumstantes exclamavit dicens: „Recedite, recedite: Jhesus venit." Cuius animam mox de corpore egredientem tanta fraglancia odoris subsecuta est, ut nemo dubitaret auctorem suavitatis adesse. — In eisdem libris Dyalogorum[3]) testatur quibusdam decedentibus apostolos, aliis martires vel pontifices sanctos apparuisse animasque eorum cum concentu angelico ad celestia gaudia deductas fuisse.

266. (Om. LXIII. Copp. III, 183). Quis est adeo profectus, qui in illa hora terribili non paveat? Quis nostrum Arsenio[4]) sanccior, qui in morte pavens dicebat se illam horam semper ante oculos habuisse? Considerate mortem Moysis et in novo Testamento beatissimi confessoris Martini et, quod maius est, ipsius Dei et hominis Jhesu Christi, et invenietis ubique sathanam affuisse.

---

1 theologus fehlt M[4] T[4]. — 5 hic stas **GH.** — 13 ad quodcumque bonum **GHM**[3]. — 14 pred. statim expir. **GHM**[3]. — 18 Tharsilla **GH.** — 20 clamavit **G.** — 21 flagrancia **H.** — 30 confessoris fehlt **GH.**

264. Dial. mirac. XI 38.

[1]) Sulpicius Severus, epist. 3, 16 (ed. Halm, CSEL. I, 149).

[2]) Zum Tode von Gregors Tante Tarsilla vgl. Gregor, Dial. IV 16 (17) = Migne, Patr. lat. 77, 348; ed. Moricca S. 254 f.

[3]) Vgl. eb. IV 7 ff. = Migne, Patr. lat. 77, 332 ff.; ed. Moricca S. 239 ff. (De egressibus animarum), besonders IV 11 (12) (Apostel beim Tode des Nursinus presbyter) u. IV 12 (13) (Märtyrer beim Tode des Probus Reatinae civitatis episcopus).

[4]) Ueber Arsenius vgl. Vitae patrum III 163 = Migne, Patr. lat. 73, 794 u. V 15, 9 = ib. 73, 955. J. Th. Welter, Speculum laicorum nr. 560.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

267. (O m. LXIII. C o p p. III, 184). Fuit apud nos monachus quidam nomine et re C h r i s t i a n u s, qui Christum oculis corporeis se in choro tempore nocturne psalmodie vidisse confessus est. Quid istum dixerim nisi plus quam prophetam? Si ceteri fratres facti sunt prophete Deum laudando, hic plus quam propheta fuit, pre ceteris eundem contemplando. Dicebat idem Christianus se inter psallendum eciam sanctos angelos vidisse. Huius rei testis est dominus H e n r i c u s abbas noster, qui hec, que dicta sunt, ab illius ore audivit; erat enim tam sanctissime vite, ut merito ei credi deberet.

268. (O m. LXIV. C o p p. III, 187). Multi graciam devocionis impinguate perdiderunt, eciam cum bonis illam revelaverunt. Novi quendam, qui tantam dulcedinem habere solebat in ore, cum oraret, psalleret vel communicaret, ut suavitatem mellis superaret. Quam graciam cum tempore quodam alicui fratrum suorum revelasset, perdidit. Melius illi fuerat dixisse: 'non sum ego Christus' (*Ioh. 1, 20*).

269. (O m. LXIV. C o p p. III, 187). Conversus quidam, cum angelum Dei frequenter videret et hoc abbati suo non interrogatus indicasset, considerans abbas quod non absque aliqua gloriola concessam graciam proderet, converso respondit: „Ab hac hora non videbis amplius angelum Dei." Quod ita factum est.

270. (O m. LXIV. C o p p. III, 188). Sed sunt quidam ita stolidi, ut semper H e l y a m se esse putent. Sompnia sua pro visionibus recitant, et cum ab auditoribus irrideantur, non tamen illorum auribus fantasias suas ingerere verentur. Helyas erat abbas J o h a n n e s, de quo legitur quod, quando extendebat manus in oracione, statim in excessum rapiebatur, nisi velocius illas deposuisset.

271. (O m. LXIV. C o p p. III, 188). Omnibus hiis modis monachi possunt esse prophete: prophete psallendo, prophete legendo vel exhortando. Sed caveant, ne facile futura predicant, quia angelus sathane sepe 'transfigurat se in angelum lucis' (*2. Cor. 11, 14*), per quem multi decipiuntur, falsa divinantes. Cum ex huius angeli revelacione venerabilis quedam reclusa multa prediceret nec evenirent, alius quidam inclusus, et ipse vir propheticus, quomodo spiritum fantasticum deprehenderet, edocuit. Et cognovit virgo per signa data ab angelo sathane diu se fuisse delusam.

---

7 Heinricus **G**, Hainricus **HM**^{3}. — 10 Multi siquidem grac. **G**. — 15 Melius utique illi **G**. — illi fuisset **M**^{4}. — 22 ut se Hel. esse **M**^{4} **T**^{4}. — 23 ab omnibus irrid. **M**^{4} **T**^{4}. — 26 deponeret **M**^{4} **T**^{4}. — 33 fantasticum f e h l t **GHM**^{3}.

---

267. Vgl. Dial. mirac. IV 30.
268. Aehnlich Dial. mir. VIII 95.
269. Vgl. Dial. mirac. VIII 43.
270. Vgl. Vitae patrum V 12, 11 = Migne, Patr. lat. 73, 942 und oben Nr. 65.
271. Vgl. Dial. mirac. V 47 (ausführlicher).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

3) Exempla und Auszüge aus den 33 Homilien zu den Hauptfesten des Kirchenjahrs = Catal. nr. 20.

Hss. M^2T^1. Druck: Coppenstein IV.

272. (O m. II. C o p p. IV, 22). Cervus captus et emissus cum multa festinacione currit. De cervo eciam dicitur quod ad deponendam vetustatem venenum hauriat et, ut veneni in se grassantis fervorem sibi temperet, ad fontes aquarum cum summa festinacione currat.

273. (O m. III. C o p p. IV, 31). De hoc (*de mercede boni certaminis*) habemus exemplum de sancto B e n e d i c t o. Hic dum in sua puericia carnis voluptatem viriliter devicit, reliquum tempus pacatus vivens nichil in se tale sensit, ita ut dicere posset: 'In pace in id ipsum dormiam et requiescam' (*Ps. 4, 9*).

274. (O m. IV. C o p p. IV, 37). Si fuerint inter nos aliqui fratres sapientes ex divina inspiracione et alii scientes ex sacre leccionis sive humane erudicionis exercitacione et illos, cum ad collocuciones vocati fuerimus, non audimus, immo edificare nos volentes fabulis vel secularibus collocucionibus impedimus vel forte eis, quod deterius est, quasi de ypocrisi exprobramus, quasi ex sapientibus ad nos missis aliquos crucifigimus et quasi ex scribis, id est scientibus, in synagogis nostris flagellamus . Interpretatur enim synagoga 'congregacio'; idcirco congregari debent fratres ad colloquium, ut se invicem edificent et edificentur. Multum sapiencie celestis amatores collacio secularis crucifigit et scribas, id est litteratos, flagellat. Unde E l i p h a s ad J o b loquens ait: 'A flagello lingue absconderis' (*Job 5, 21*). Hinc est quod beate memorie D a v i d monachus de C l a u s t r o, sicut seniores nostri, qui interfuerunt, recitare solent, cum fratres ad collacionem convenirent et de Deo rebusque edificatoriis loquerentur, multum delectabatur eratque inter eos quasi sapiens et scriba. Qui cum in aliam materiam secularem inciderent, acsi ab eis crucifigeretur atque flagellis cederetur, mox ab eis recessit [1]). — Sapientes et scribas (*vgl. 1. Cor. 1, 20*) de civitate in civitatem persequimur, cum de rumoribus et civitatum diversarum statibus tractantes sapiencie et sciencie verba repellimus.

272. Vgl. Vitae patrum V 18, 17 = Migne 73, 983. Jacobus de Vitriaco, Hist. occidentalis (Duaci 1597), p. 218.

273. Gregor, Dial. II 2 = Migne 66, 132; ed. Moricca S. 79. Vgl. oben Nr. 246.

[1]) Vgl. die Schweigsamkeit eines alten Mönchs bei weltlichem Geschwätz in Exemplos nr. 270. Aehnlich Odo von Cheriton (bei Hervieux nr. 107) = Herbert, Cat. of romances III 70, 116. Bei geschwätzigen Mönchen werden Teufel oder sich wälzende Schweine gesehen; vgl. Vitae patrum III 36 = Migne 73, 762; VI 3 = ib. 73, 993. Odo von Cheriton (Hervieux nr. 86) = Herbert, l. c. 68, 92. 513, 15.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

275. (O m. V. C o p p. IV, 49). Quidam vero ita graciosi sunt, ut ad exteriora administranda non cogantur, cum tamen ad illa valde sint ydonei. Sic sanctus B e r n a r d u s abbas C l a r e v a l l i s, cum ad populos regendos valde esset ydoneus et ob hoc in presulem eligeretur, quodam speciali Dei dono illi concessum est, ut in typico statu J o h a n n i s usque ad finem vite sue perseveraret in monasterio. Quantum tamen exercuerit officium P e t r i sive M a r t h e in diversis provinciis predicando, miraculis choruscando, dissidentes concordando, textus vite eius satis declarat.

276. (O m. XI. C o p p. IV, 98). Audivimus et ex parte vidimus temporibus istis aliquando ad predicacionem unius hominis multa milia hominum cruce signari, qui parentibus, uxoribus, liberis et patria relictis mare transierunt, ibi pro Christo infideles impugnantes suaque corpora variis mortibus atque periculis exponentes.

277. (O m. XIII. C o p p. IV, 114). Audivi quandam sanctimonialem de consorore sua cum Phariseo huiusmodi verbis conquerentem: „En" inquit „ista", digito illam demonstrans, „que multis annis fuit in seculo, multas consolaciones multasque revelaciones accepit a Domino. Nos vero virgines, que ab infancia in monasterio conversate sumus, nichil tale sentimus." Unde tale verbum virgini nisi ex supercilio Pharisei?

278. (O m. XV. C o p p. IV, 127). Quia ubi multe divicie, ibi multi, qui comedunt eas; superfluitatem vero edificiorum quid excusabit? Unde legitur in vita sancti B e r n a r d i, cum edificia monasterii eius, C l a r e v a l l i s scilicet, iam essent perfecta et cottidie multi conversionis gracia advenirent, fratres considerantes adveniencium multitudinem et tam loci quam edificiorum angustias, ut utrumque mutaret, monuerunt. Quibus ille respondit: „Homines possent de nobis male loqui et dicere, quod divicie facerent nos insanire, quas tamen non habemus." Timuit enim vir iustus et humilis castellum convertere in castrum.

279. (O m. XXIII. C o p p. IV, 188). Quod vero specialiter pre ceteris infirmitatibus lepra ponitur, quam gravia sint crimina per illam significata, ostenditur. Triplicem lepram in homine lex distinguit, hoc

275. Vgl. S. Bernardi Vita prima, l. I auctore Guillelmo, cap. 14, 69 = Migne, Patr. lat. 185, 265; l. II auctore Ernaldo, cap. 4, 26 = ib. 185, 283. Vita secunda, cap. 20, 54 = ib. 185, 502: 'Quot ecclesiae destitutae pastoribus eum sibi in pastorem elegerunt? Elegit eum domestica Lingonensis ecclesia, elegit Catalaunensis. Intra Italiam civitas Januensis et Mediolanum metropolis Ligurum hunc optaverunt pastorem et magistrum. Remi, nobilissima Franciae civitas, secundae Belgicae provinciae caput, eius dominationem ambivit'. Vgl. E. Vacandard, Vie de s. Bernard, t. II, Paris 1895, p. 26 ff.

277. Vgl. Dial. mirac. VII 16.

278. S. Bernardi Vita prima, l. II auctore Ernaldo, cap. 5, 29 = Migne, Patr. lat. 185, 285.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

est capitis, barbe, cutis. Lepra capitis heresis est, que Christum, qui caput ecclesie est, invadit. Lepra barbe scisma est, que tunicam inconsutilem, id est ecclesie unitatem, scindit. Lepra cutis simonia est, que ut cancer serpit, ut lepra corrumpit et quasi venenum totum corpus inficit. Nam, sicut phisici distinguunt, quatuor sunt species lepre[1]: allopicia ex sanguine, hec depilat; leonina ex colera, hec corrodit; elephantina ex melancolia, hec tumet; tiria de flegmate, hec lucida et lubrica. Hii sunt quatuor animi affectus, id est spes, timor, gaudium et dolor in contrarium versi viciisque deformati. Quia sermo iam claudendus est, de hac quadruplici lepra diu tractare non possumus, sed alteri loco, cum oportunitas ingruerit, que Dominus inspiraverit, reservabimus.

280. (Om. XXIX. Copp. IV, 232). Qui autem in divinis laudibus accidiosi sunt et negligentes, raro psallentes et multum dormientes, hiis valde timendum est, ne Dominus eis veniat non ad consolacionem, sed ad gracie subtraccionem, non ad dulcedinem conferendam, sed ad penam inferendam. Sepe peccatum peccato punitur. Sicut scripsisse me memini in libro Dyalogorum[2]), quidam sompnolenti et accidiosi tempore psalmodie terribiliter satis, eciam pena corporali divinitus sunt puniti.

281. (Om. XXIX. Copp. IV, 234). Mors carnis in malis inicium est eterne mortis. Unde scriptum est: 'Mors peccatorum pessima' (*Ps. 33, 22*). Habet enim mors comitem diabolum, quia peccatorum animas furatur et tollit et iam per culpam occisas pene tradit eterne. Ut enim taceam de reprobis et mortuis corde, fur iste, id est diabolus, in morte iustorum non deest, sicut exemplum habemus de sancto Martino, cui morienti astitit, illo ei insultante ac dicente: „Quid hic astas, cruenta bestia? Nichil in me funesti reperies“[3]). Qui et in Salvatoris morte fuisse legitur et sedisse super brachium crucis, ut probaret, si Christus moreretur. Quem Christus cum morte cepit, ligavit ac suspendit.

282. (Om. XXXII. Copp. IV, 254). Contingit frequenter, ut, dum aliquis sentenciam dampnacionis acceperit, ita ut capite sit plectendus vel in aliquo membro, manu scilicet vel pede, puniendus, dicat illi carnifex vel circumstantes: „Respice in tales et tales, ut iudicem pro te interpellent.“ Quod ubi miser fecerit, yroniam non intelligens, lictor raptim illud membrum, cui ferrum apposuerat, abscidit.

---

[1]) Vgl. Flos medicinae scholae Salerni (ed. Renzi, Collectio Salernitana V, Neapel 1859), p. 89: De speciebus leprae.

Tyria primo datur de flegmate qua generatur;
Inde leonina cholera generante ferina;
Triste pilos tollens allopicia sanguine nascens;
De melancolia tristis elephancia saevior istis.

[2]) Vgl. Dial. mirac. IV 32—35. 38 (De monacho in choro frequenter dormitante, quem crucifixus in maxilla percussit et extinxit).

[3]) Sulpicius Severus, epist. 3, 16. Vgl. Nr. 264.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

B) Exempla und Auszüge aus den übrigen Schriften des Caesarius.

1) Aus des Expositio sequentiae 'Ave praeclara maris stella' = Catal. nr. 9.

Hs. B^2, Bl. 88r.

283. Unde legitur in Anglorum gestis quidam fuisse presbiter religiosus valde, frequenter missarum sollempnia celebrans ad corpus sancti episcopi et confessoris Nini. Qui cum multo tempore sanctam Christo propicio duceret vitam, cepit omnipotentem Deum piis precibus invocare, ut sibi visibiliter ostenderet corpus, quod de Maria Virgine assumpsit. Itaque non ut solet fieri ab infidelibus, sed sola mentis pietate ista oravit; fuerat enim a puero divinis legibus institutus et propter amorem celestis patrie patriam suam dimiserat, ut exul in divinis officiis liberius vacare posset. Quadam ergo die dum more solito ad missarum solempnia se prepararet, profusus in lacrimas et prostratus in terram sic oravit: „Te deprecor, omnipotens, ostende michi in hoc misterio naturam corporis tui, ut liceat michi visibiliter aspicere et tractare, qui de carne beate Marie Virginis ad redempcionem humane carnis carnem, in qua mori posset, assumpsit." Dum beatus presbiter talia oraret, angelus de celo veniens allocutus est eum dicens: „Surge ab oracione: visibiliter in altari tibi apparebit, quem sancta Maria huic mundo edidit." Venerabilis presbiter letus et pavidus erecto vultu in altari puerum vidit, quem Symeon in ulnis portasse creditur (*Luc. 2, 28*). Cui angelus: „Ecce! concessum est tibi visibiliter aspicere et manibus tangere, quem sepissime in altari per mistica verba solebas immolare." Sacerdos, et de angelica et de celesti visione certus factus, ulnis trementibus puerum portavit et pectus proprium Christi pectori iunxit et, quod mirum dictu est, amplexus puerum dat oscula Filio Dei. Deinde cum summa reverencia sanctissimum corpus Filii Dei in altari reposuit. Rursus homo prostratus cum lacrimis orabat Dominum, ut corpus, quod sibi apparuit in similitudine pueri, in panis speciem rediret. Quod et factum est.

284. Videtur eciam illa clausula, scilicet 'Iam nunc abducto velo datur perspici' [1]), cuidam rei geste alludere, que facta legitur Constantinopoli in quadam ecclesia. Erat ibi ymago beate Virginis

283. Paschasii Radberti abbatis Corbeiensis Liber de corpore et sanguine Domini, cap. 14, 5 = Migne, Patr. lat. 120, 1319; MG. Poetae Latini IV, 2, S. 957 ff. Vgl. Schönbach II, 4 f.; K. Strecker, Zu den Quellen für das Leben des hl. Ninian (Neues Archiv 43, 1922, S. 6 f.). Aehnlich Dial. mirac. IX 28.

284. Vgl. Mussafia, Studien zu den mittelalterlichen Marienlegenden I 30 u. 58. II 5. 25 u. 80. III 18; Liber de miraculis Mariae (ed. Crane 1925) nr. 43, Text p. 78 und Anm. p. 106. Schönbach II, 6. Ward, Cat. of romances II 616 u. 637. Enxemplos nr. 195.

[1]) In Vers 9 der Sequenz 'Ave praeclara maris stella'; s. J. Kehrein, Lateinische Sequenzen des Mittelalters, Mainz 1873, S. 196.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Marie, ante quam dependebat velum, quod totam cooperiebat ymaginem. Hoc velum sexta feria post vesperas cadebat ab ymagine nullo movente, sed Dei miraculo, quasi deferretur in celum, ut ad plenum ymago posset a populo prospici. Celebratis vesperis in sabbato descendebat ante yconam et ibi manebat usque ad sextam feriam. Hoc viso miraculo sancitum est, ut semper in illa feria de sancta Maria in ecclesia cantaretur.

285. Erat quidam iuvenis apud monasterium Chrisancii[1]), Daniel nomine, magister scolarium ibidem. Hic singulis diebus in cripta oratorii coram altari beate Marie sequenciam hanc (*Ave, preclara maris stella*) flexis genibus devote satis dicere consuevit. Die quadam cum venisset decantando ad hunc locum: 'Ora, Virgo, nos illo pane celi dignos effici'[2]), vidit eandem Virginem gloriosam de altari procedentem et panem nive candidiorem sibi porrigentem. De qua visione magnifice consolatus est, de cetero devocior in eius existens obsequio.

2) Aus den 22 Sermones super Canticum Salomonis in laudem mulieris fortis = Catal. nr. 12.

Hss. B^2 M^2 U.

286. Hinc est quod Karolus Magnus precepit, ut filie eius instruerentur et exercerentur in arte muliebri, ne ocio torperent[3]). Et quia sciencia diversarum arcium sepe mentem extollit, Salomon literam, que interpretatur timor, preponit[4]). Unde et sanctus Benedictus[5]) precipit, ut, si aliquis extollitur pro sciencia, ille per ipsam denuo non transeat, nisi forte ei humiliato iterum iubeat abbas. Secundum consilium illius et mandatum operandum est.

287. Leguntur in antiquis historiis mulieres Amazones manum misisse ad forcia, subaudis opera, et tam audacter, ut armis bellicis assuescerent et diversa regna debellarent. Et ne proles earum rarescc-

285. Vgl. Dial. mirac. VII 31. Schönbach II, 5 f.
287. Vgl. Jacobus de Vitriaco, Hist. occidentalis (Duaci 1597), p. 199.

[1]) Kloster des h. Chrysanthus, heute Münstereifel, auch in Dial. mirac. IV 62 genannt.
[2]) s. S. 177 Anm. 1.
[3]) Vgl. Einhard, Vita Karoli c. 19 (ed. Waitz und Holder-Egger, Hannover 1911, S. 23).
[4]) Prov. 1, 7: Timor Domini principium sapientiae; vgl. 9, 10 u. a.
[5]) Vgl. S. Benedicti Regula cap. 57 (ed. Linderbauer, Bonn 1928, S. 62): Artifices, si sunt in monasterio, cum omni humilitate faciant ipsas artes, si permiserit abbas. Quodsi aliquis ex eis extollitur pro scientia artis suae, eo quod videatur aliquid conferre monasterio, hic talis erigatur ab ipsa arte, et denuo per eam non transeat, nisi forte humiliato ei iterum abbas iubeat.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ret[1]), certo tempore fines suos egresse viros cognoverunt, cum quibus habitare non consenserunt.

288. Nonne sanctus Bernardus, cum ei nocte quadam hospita sua parasset insidias et tercio ad lectum illius venisset, clamasse legitur: „Fures, fures!" Et alio quodam tempore repperit in lecto suo puellam iacentem nudam.

289. Hinc est quod beato Anthonio, cum vidisset mundum plenum laqueis diaboli et miraretur, quis illos posset evadere, responsum est quia sola humilitas. Sed humilitas non est sola, cum Spiritus sanctus requiescat in illa.

290. Parentes nimis diligere et frequencius visitare non tam viciosum quam periculosum est. Unde sanctus abbas Pastor[2]) et fratres eius, cum ad eos visitandi gracia mater venisset et flevisset amarissime, non solum eam videre non consenserunt, sed et verbis durioribus flentem exasperaverunt. Simile legitur de beato Theodoro[3]) multisque aliis religiosis. Quod beatus Ambrosius dixit, incertum est, utrum habuerit ex occulta revelacione seu ex racionis consideracione vel forte aliqua motus pietate hoc scripserit ad commendacionem virginitatis[4]), sicut Jheronimus[5]) scribens virginibus loquitur yperbolice exaggerando ipsam virginitatem in tantum, ut dixerit Deum omnia posse, nec tamen posse virginem post ruinam suscitare. Ob hanc

12 pericul. est maxime religiosis U. — 13 visendi gracia M[2] U. — 21 Ob hanc sentenciam quidam M[2] U.

288. S. Bernardi Vita prima, l. I auctore Guillelmo, cap. 3, 7 = Migne, Patr. lat. 185, 231. Vita secunda auctore Alano, cap. 2, 7 = ib. 185, 473.

Vgl. J. Th. Welter, Tabula exemplorum nr. 153. Jacques de Vitry (ed. Crane) nr. 212 = Herbert, Cat. of romances III 17, 129. Odo von Cheriton (Hervieux nr. 122) = Herbert, l. c. III 72, 141. J. Th. Welter, Speculum laicorum nr. 94. Magnum Speculum exemplorum (ed. Major) s. v. Virgo VIII. Enxemplos nr. 106. Grässe, Das älteste lat. Fabelbuch, S. 277 (auf Xenocrates bezogen). Giraldus Cambr., Gemma eccles. II, 11 (Opera ed. Brewer II, 222).

289. Vgl. Vitae patrum III 129 = Migne, Patr. lat. 73, 785 u. V 15, 3 = ib. 73, 953. Enxemplos nr. 123 u. 162.

[1]) Jordanis Getica c. 8, 56 (ed. Mommsen, MG. Auct. ant. V, 1, S. 69): 'Quae veritae, ne eorum prolis rarisceret, vicinis gentibus concubitum petierunt', usw.

[2]) Vgl. Vitae patrum III 154 = Migne, Patr. lat. 73, 792 u. V 4, 33 = ib. 73, 869.

[3]) Vgl. Vitae patrum III 34 = ib. 73, 761. Vita s. Pachomii cap. 31 = ib. 73, 251.

[4]) Es handelt sich etwa um Ambrosius' Schrift 'De virginibus', 'De virginitate' oder seine 'Exhortatio virginitatis', Migne 16, 187 ff., 265 ff. und 335 ff.

[5]) Zu Hieronymus vgl. dessen Epistola 22, 5 = Migne, Patr. lat. 22, 397; ed. Hilberg, CSEL. 54, 150: Audenter loquor: Cum omnia Deus possit, suscitare virginem non potest post ruinam.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

causam quidam dixerunt beatum Jheronimum, ut in eius vita legitur [1]), fuisse hereticum et blasphemasse in omnipotenciam Dei. Sed verba catholici catholice intelligenda sunt: Deus, licet omnia possit ex potencia, non tamen omnia potest ex iusticia, vel non potest, id est non vult.

291. Testimonium beate Elizabeth de eius (*beate Virginis*) assumpcione. Venerabili virgini Elizabeth de Sconaugia dies resurreccionis eius sub tali ostensa est visione [2]): „Sicut" inquit „iacens eram in lectulo in tempore divini sacrificii, veni in excessum mentis cum labore vehementi. Et vidi in loco valde remoto sepulchrum quoddam multo lumine circumfulsum et quasi speciem mulieris in eo et circumstabat multitudo magna angelorum. Et post pusillum erecta est de sepulchro pariterque cum illa multitudo angelorum astancium elevata est in celum. Cumque elevaretur, ecce! in occursu eius venit de altitudine celorum vir super omnem estimacionem gloriosus, portans in dextra sua signum crucis, in quo et vexillum apparuit, quem intelligebam esse ipsum Salvatorem, et infinita milia angelorum cum eo. Sicque eam alacriter suscipientes cum magno concentu in superna celorum erexerunt. Post hec die octavo iterum sciscitata sum ab angelo et certificavit me dicens: „Non in eo die, quo nunc celebratur assumpcio eius, sed quadragesimo die post illum, hoc est decimo Kal. Octobris, resurrexit." Ecce! non videntur hec discordare ab hiis, que superius dicta sunt.

3) Aus den 13 Sermones super XIV tempora Salomonis = Catal. nr. 13.

Hs. B^2, Bl. 53r—80v.

292. Beato patri nostro Arsenio [3]) cum oblatum fuisset tempore quodam cuiusdam parentis sui testamentum, in quo illum fecerat heredem pecuniarum suarum, volebat illud scindere, dicens: „Ego prius mortuus sum illo." Simile respondit abbas Pastor [4]) germano suo, cum eum nescessitatis causa de cella sua evocaret.

10 circumfulsum M^2U; circumfusum B^2; vgl. die Lesarten im Anhang bei Roth S. VII. — 13 circumstancium M^2.

[1]) Vita Hieronymi, die Sebastian von Monte Cassino zugeschrieben wird (BHL. I, Nr. 3870) = Migne, Patr. lat. 22, 207: 'Nam ... desipiunt, qui eum deviasse a catholicae ecclesiae, id est beati Petri fide, vel haereticum fuisse arbitrantur'. Es folgt u. a. die oben S. 179 Anm. 5 angeführte Stelle aus Brief 22; dann heißt es weiter: 'Hoc procul dubio ita dicendo non omnipotentiam abstulit Deo, sed iustum iudicem manifestans asseruit'.

[2]) Liber visionum secundus, cap. 31 bei F. W. E. Roth, Die Visionen u. Briefe der hl. Elisabeth von Schönau, 2. Aufl., Brünn 1886, S. 53 f. Elisabeth de Sconaugia ist auch im Dial. mirac. VII 30 genannt und VII 37: Hiis verbis concordat visio domine Elizabeth de Sconaugia, in qua legitur sub eisdem verbis Dominam nostram ei resurrectionem suam revelasse.

[3]) Vitae patrum V 6, 2 = Migne, Patr. lat. 73, 888.

[4]) Vitae patrum VI 16, 8 = Migne, Patr. lat. 73, 971.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

293. Non statim monachus desperare debet, si uno vel duobus annis illas inveteratas consuetudines, quas in seculo male plantavit, exstirpare nequiverit; meminerit dictum: 'Labor improbus omnia vincit' (*Verg. Georg. I 145*). Dicebat quidam patrum de hac re parabolam, cuius sensus talis est. Ayebat quendam esse patremfamilias, qui filio suo precipiebat, ut hortum suum purgaret. Ille cum vidisset multitudinem urticarum atque spinarum in eo succrevisse, quociens in eum venit, tedio affectus iactavit se in terram et obdormivit. Quo cognito pater precepit ei tantum singulis diebus mundare, quantum corpus eius occupasset. Sicque hortus paulatim mundatus est. — Unde, fratres, non negligamus in hoc tempore purgare per confessionem et satisfaccionem agrum cordis nostri a sentibus peccatorum.

294. Hec et hiis similia sunt maxima corporis cruciamina. In quorum persona dicit propheta: 'Quoniam propter te mortificamur tota die, estimati sumus ut oves occisionis' (*Ps. 43, 22*). Beatus Dorotheus abbas cum tali modo corpus suum occideret et diceret ei discipulus suus Palladius, postea episcopus: „Quid facis, pater, in tanta senectute interficiens corpus tuum?" respondit: „Occidit me: occido illud." Tempus vero sanandi erit in futuro, quando mortui resurgent incorrupti.

295. Huiusmodi lacrimas habebat sanctus pater noster Arsenius, qui semper sudarium legitur in sinu habuisse propter lacrimas, que ex oculis eius flebant ex desiderio patrie celestis.

296. Lege vitam sancti patris nostri Pachomii[1]) et invenies ibi iuvenem delicatum et nobilem nudum et expeditum currentem ad monasterium. Unde quidam monachus nudus a Macharios visus[2]) in heremo ayt: „Qui non abrenunciat omnibus, que in seculo sunt, monachus non est." Cui cum responderet Macharius: „Hoc facere non possum", pretendens nature sue infirmitatem, respondit ille: „Si hoc facere non potes, vade in cellam tuam et plange peccata tua."

297. Requisitus quidam a quodam sancto seniore, quibus distribuere deberet hereditatem sibi dimissam, respondit: „Si dederis ecclesie, clerici sibi facient inde convivia; si dederis parentibus, non habebis mercedem; si dederis pauperibus, eris securus."

---

6 ortum B². — 10 ortus B².

---

293. Vitae patrum V 7, 40 = Migne, Patr. lat. 73, 902.
Vgl. J. Th. Welter, Speculum laicorum nr. 412.
294. Vgl. Vitae patrum VIII 2 = Migne, Patr. lat. 73, 1093.
295. Vgl. oben Nr. 212.
297. Vgl. Vitae patrum V 10, 56 = Migne, Patr. lat. 73, 922; VII 36, 4 = ib. 73, 1054; Sententiae patrum interprete Martino Dumiensi 7 = ib. 74, 383.

---

[1]) Vgl. Nr. 140.
[2]) Vgl. Vitae patrum VI 3, 3 = Migne, Patr. lat. 73, 1007.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

298. Magna virtus est taciturnitas, in monachis maxime et viris religiosis. Unde Arsenio[1]) divinitus dictum est: „Si vis salvus esse, fuga homines et tace." Et de abbate Agathone[2]) legitur, quod tribus annis portaverit lapidem in ore propter taciturnitatem. Et beatus Benedictus[3]) plurima memorat de virtute taciturnitatis.

299. Novi quendam secularem presbiterum, habitu et actu satis gloriosum, qui affirmat terram sanctam Jherusalem datam gentibus et multa mala habundare propter abolicionem pristine consuetudinis et hoc predicat sibi divinitus revelatum. Legitur eciam in libro miraculorum beate Virginis[4]), quod cuidam abbati precepit eadem Virgo gloriosa celebrare diem concepcionis sue. Sed hiis omnibus contradicit epistola sancti Bernardi Clarevallis abbatis[5]) et auctoritas sancte ecclesie, quibus fides adhibenda est. Movet tamen animum, quare concepcio sancti Johannis Baptiste contineatur in martirologio nostro[6]) et singulis annis pronuncietur in capitulo, cum sanctitas Virginis longe precellat sanctitatem Johannis. Si respondetur quod Johannis concepcio ab angelo sit annunciata et non beate Marie, dici potest quod simile legitur de Ysmahele (*Gen. 16, 11*) et Sampsone (*Judic. 13, 3*), de quorum salvacione dubitatur. De concepcione autem beate Virginis Deo committamus; scimus enim et credimus eius nativitatem sanctam et omni laude dignissimam.

4) Aus den 2 Homilien De transfiguratione Domini = Catal. nr. 22.

Hss. C^3 C^4 M^1 T^2 T^4.

300. RESPONDENS. . . . cum nuper cuidam morituro hoc contigisse intellexerim, sicut scripsisse me recolo in libris Dialogorum distinccione duodecima capitulo quinquagesimo quarto. INTERROGANS. Precor, ut idem exemplum replices, quia superfluum non est repetere, quod semper scire necesse est. RESPONDENS. Magister quidam Parisiensis infirmatus, cum de glorificacione corporum cogitaret et hesitans in corde suo diceret: „Quomodo poterit esse, ut corpora ista fictilia et putrida lucere possint in futuro sicut

300. Dial. mirac. XII 54.

[1]) Vgl. Vitae patrum III 190 = Migne, Patr. lat. 73, 801; V 2, 3 = ib. 73, 858. J. Th. Welter, Tabula exemplorum nr. 146.

[2]) Vgl. Vitae patrum V 4, 7 = Migne, Patr. lat. 73, 865. Exemplos nr. 356.

[3]) Vgl. S. Benedicti Regula cap. 6: De taciturnitate (ed. Linderbauer, Bonn 1928, S. 26).

[4]) Vgl. Liber de miraculis Mariae (ed. Crane) nr. 19.

[5]) Vgl. S. Bernardi Epistola 174 ad canonicos Lugdunenses de conceptione s. Mariae = Migne, Patr. lat. 182, 332. Vacandard, Vie de s. Bernard, t. II, p. 81 ff.

[6]) Am 24. September. Vgl. W. Erben, Herbstruperti (Mitteilungen der Gesellschaft für Salzburger Landeskunde 50, 1910, S. 49 ff.).

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

sol?", ad pedes suos, quos de operimento erexerat, respexit. Et ecce! tantus splendor de illis exivit, ut oculi eius reverberati eos intueri nequirent. Moxque ad se reversus gracias egit Christo, cuius virtute, antequam moreretur, ad fidem resurreccionis reductus est. INTERROGANS. Satis me hoc exemplum edificat.

301. INTERROGANS. Putatis Christum non incarnatum, si primus homo non peccasset? RESPONDENS. Hoc multe auctoritates dicere videntur. Magister Radulphus, scolasticus Coloniensis[1]), discipulis suis dicere solebat Christum non minus fuisse incarnatum, eciam si Adam non peccasset. Et hoc inventum fuisse asserebat in scriptis sancti Augustini[2]): 'Putatis' inquit 'Christi incarnacionem tantum fuisse necessitatis et non magis caritatis?'

5) Aus den 8 Homilien super passionem Christi = Catal. nr. 23.

Hss. C^2 C^3 C^4 D M^1 T^2 T^4 T^6 T^7.

302. Quidam econtra ad crucem ordinis bona voluntate veniunt, sed mox ut clavis obediencie ceperint configi, sic recalcitrant, ut magis ad cruces latronum quam ad crucem Christi pertinere videantur. Cum in Lucka[3]), domo ordinis Cisterciensis, quidam religiosus conversus[4]) sub divo staret et oraret, contemplatus est Christum in cruce pendentem et quindecim tam ex conversis quam ex monachis cum eo hinc inde. Cumque Salvator a converso sciscitaretur, quid hoc portenderet, et ille responderet se ignorare, ait Dominus: „Hii solummodo quindecim in tota congregacione mecum crucifixi sunt et in mea cruce pendent, eo quod nichil proprietatis nichilque proprie voluntatis sibi retinuerint." De hac visione plenius me scripsisse recolo in libris Dialogorum distinccione octava capitulo decimo octavo.

6) Aus den 36 Homilien für die Fastenzeit[5]) = Catal. nr. 30.

Hss. C^1 C^4 T^3.

303. Avari et immisericordes advocati ad instar nummulariorum, qui diversas monetas in mensis exponunt, linguas suas vendunt, ita ut quidam illas ereas, quidam argenteas, quidam recipiant aureas; secun-

8 Radulfus C^3. — 16 Lucca M^1 T^2 T^4. — 17 conversus fehlt C^4. — 19 pretenderet M^1 T^2.

302. Vgl. Dial. mirac. VIII 18.

[1]) Rudolf von Köln wird auch im Dial. mirac. I 38. IV 26. VI 5. IX 22 genannt.

[2]) Augustin sagt umgekehrt im Sermo 174, 2, 2 (Migne, Patr. lat. 38, 940): 'Si homo non perisset, Filius hominis non venisset'. Vgl. Schönbach I, 40.

[3]) Loccum, s. Nr. 261. 262.

[4]) Rudolphus nomine (Dial. mirac.).

[5]) Schönbach, Beiträge zur Erklärung altdeutscher Dichtwerke II (a. a. O. 145, 9), S. 40 teilt daraus einen Abschnitt mit über die infolge des

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dum quantitatem salarii valor atque nitor linguarum in allegacione causarum resultat. Unde quidam talis advocatus nuper dixisse fertur: „Habeo" inquit „linguam cupream, habeo linguam argenteam, habeo et auream: quamcumque harum trium linguarum volueris, compares", satis ei dans intelligere, quid intenderet.

304. Audivi a quodam medico rem satis mirabilem et recenciori tempore factam, que hic locum habet. Eger quidam a quodam medico pocionem accepit valde amaram. Quam cum biberet et faciem totam propter amaritudinem contraheret, clericus quidam eius iuxta illum stans et potantem intuens totus contremuit. In quibus res mirabilis contigit: ille, qui pocionem bibit, ex ea motus non est; sed ille, qui intuebatur bibentem, miro modo solutus est, acsi ipse pocionem sumpsisset. Repperit in isto pocio, quod purgaret, non in illo.

305. Cum cuidam doctissimo scolastico nostri temporis quidam dicerent: „Vere, magister, multum tenemini Deo regraciari, quod pene nil magni in ecclesia sine vobis terminari potuit", respondit ille verbum stultum: „Certe, certe, non Deo, sed meis laboribus illud ascribo." Propter quod verbum non solum scienciam, sed et sensum cum lingua perdidit. Multo tucius exemplo Filii Dei respondisset: 'Mea sciencia atque doctrina non est mea, sed eius, a quo illam accepi' (*Joh. 7, 16*).

306. Circa hoc biennium in diocesi Coloniensi in villa regia, que Sinzege[1]) dicitur, hereticus[2]) quidam, Johannes nomine, cum matre, me eodem tempore propter causam fidei illic cum abbate meo existente, combustus est. Iste dicere solebat militibus, sicut ab eis audivimus: „Quare vos, domini, in quartis feriis non manducatis carnes?" Respondentibus illis: „Propter consuetudinem ecclesie et propter ieiunium, quod vovimus domine nostre beate Virgini Marie", subiunxit ille: „Tam licite vos possetis quartis feriis comedere carnes quomodo sacerdotes vestri." Cumque ad hoc verbum stuperent, adiecit miserrimus ille, sacramentum hoc vivificum deridens: „Aiunt se comedere corpus Christi, qui homo fuit, et ita carnes comedunt." Propter quam heresim et alias plures, ut dictum est, in crate positus incendio periit.

---

16 term. potest C^3 T^3.

---

305. Vgl. Matthaeus Parisiensis, Hist. Anglorum (ed. Madden), t. II 90, u. Chron. maiora (ed. Luard) II 476, wo eine ausführliche Erzählung über den sich überhebenden Symon de Thurnay (a. 1201) steht.

306. Gedruckt in Strange's Index zum Dial. mirac. (1857) S. 47.

Thronstreits nach 1200 abgesetzten Kölner Erzbischöfe und die dadurch bei der Römischer Kurie entstehenden Ausgaben der streitenden Parteien.

[1]) Sinzig am Rhein.

[2]) Kaufmann, Annalen XLVII (1888), S. 154, Anm. 2, sieht in dem Ketzer einen Anhänger des Tanchelin.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

7) Aus den 22 Sermones über den 118. Psalm = Catal. nr. 31.

Hs. C[1], Bl. 29r.

307. Clericorum regulariter vivencium lex est regula sancti Augustini, lex monachorum regula sancti Benedicti, quam tempore professionis sue singuli monachorum coram Deo et sanctis eius se servaturos promittunt, eandem promissionem scripto firmantes. Quod autem per eandem legem post mortem iudicandi sint, subsequens probat exemplum. Cum in Loco sancte Marie[1]), domo ordinis Cisterciensis, frater quidam laudabilis vite et monachus valde disciplinatus, Swido nomine, defunctus esset, cuidam fratri iuniori post decessum suum per visionem manifeste satis apparens ait illi: „Nosti, frater, quid de monachis fiat, quando de corpore exeunt?" Respondente illo: „Non", adiecit: „Sanctus Benedictus illis occurrens cum regula ex prima sentencia versiculum unum legendo percurrens ita concludit: „et cetera" tuncque singulos interrogat: „Observasti illud, frater, annon?" Respondente illo: „Eciam, pater, custodivi" vel: „non custodivi", — non enim ausus est dicere, nisi quod verum est, — sequentem sentenciam sub consimili interrogacione concludens universa regule capitula percurrit. Quodsi inventus fuerit observator regule, adiudicatur glorie; si transgressor, pene. — Ecce! sic unaqueque professio secundum legem, quam in via vite presentis elegit, iudicabitur.

308. Cum essem novicius, quidam venerabilis abbas ordinis nostri quoddam verbum memoria dignum et utile satis, sicut postea expertus sum, cordi meo impressit, dicens: „Si vis pacem habere cordis tui et sine scandalo esse, noli de institutis discipline multum disputare et prelatorum tuorum dicta, facta sive precepta iudicare."

309. Cum a quodam decano in matutinis danda esset benediccio super lectorem et ille inclinato capite diceret: „Domine, iube benedicere", respondit decanus ex nimia ebrietate hesterne diei adhuc temulentus: „Largitor omnium bonorum benedicat potum servorum suorum." Non enim per organum oris iste 'ymnum' Domino, id est laudem 'eructabat' (*Ps. 118, 171*), sed de pleno vase cordis sui vinum adhuc indigestum extra ructabat.

310. Cum quidam frater ordinis nostri ante paucos annos defunctus cuidam confratri suo post mortem apparuisset et ille requisisset de statu eius, respondit: „Deus ignoscat prelatis nostris; sepe enim indiscrete precipiunt, quorum tamen precepta multum ligant. Quod ego, dum viverem, non attendens eorundem preceptorum occasione in purgatorio penas satis graves sustinui."

16 consilii C[1].

309. Vgl. Nr. 178 (Abart hiervor).

[1]) Marienstatt, s. Nr. 43. 91. 106.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

8) Aus der Expositio super Cantica graduum = Catal. nr. 32.

Hs. C[1], Bl. 94r.

311. Pro illa terrestri Jherusalem, in qua Salvator noster passus est atque sepultus, eo quod peccatis nostris exigentibus data esset in manus Sarracenorum, multis iam annis oravimus et necdum venit pax eius. Ante hos octo annos facte sunt treuge inter Christianos et Sarracenos usque ad annos decem et reddita est Jherusalem Christianis, iam non civitas, sed congeries lapidum [1]). Melius illi fuisset, si stetisset sub tributo; nam templum Domini usque hodie ab infidelibus detinetur et ipsi in eo adorant. Satis lamentabilis est pax ista, unde de illa dici non potest quod 'habundancia' sit inhabitantibus eam, sed 'diligentibus' illam (*Ps. 121, 6*). Puto iam annos effluxisse quadraginta [2]), ex quo data est in manus inimicorum, et in eius liberacione innumerabiles turbe populorum credencium mortui sunt, regum videlicet, ducum, comitum nobiliumque et ignobilium: hii omnes pro dileccione eius, immo illius, qui in ea pati atque sepeliri dignatus est, extincti sunt.

312. Talis erat pax cuiusdam divitis, qui anime sue dicebat: „Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare." Pax talis quam sit periculosa et vere paci quam contraria, Salvator declarat, cum subdit: 'Dixit autem illi Deus: „Stulte, hac nocte repetent animam tuam a te; que autem parasti, cuius erunt?" (*Luc. 12, 20*).

313. 'Virgam peccatorum' (*Ps. 124, 3*) specialiter intelligere possumus dominium advocatorum huius temporis, qui eos, quos racione advocacie sue defendere tenebantur ab omnibus hostibus, per multas et graves exacciones amplius affligere solent ac depredari. Respicite advocatos ecclesiarum, quales sunt hodie: bona ecclesiarum, ad quarum defensionem libere electi sunt, omnia sua esse dicunt, necnon et homines eisdem bonis attinentes. Ante hoc quadriennium, ut scitis, propter advocaciam unius ecclesie, Sibergensis [3]) videlicet, quam cum Coloniensis archiepiscopus [4]) ad eandem advocaciam electus liberare conaretur de manu illius, qui eam tenebat [5]), tota pene diocesis tantis

---

28 quadringennium C[1].

---

[1]) Vgl. Nr. 214. Caesarius hat den Vertrag Friedrichs II. mit dem Sultan Al-Kamil vom Februar 1229 im Auge. Er schreibt also 1237.

[2]) Vielmehr 'quinquaginta' (seit 1187), wie Schönbach II 37, Anm. 4 bemerkt hat.

[3]) Siegburg. Vgl. Schönbach II, 42 ff.

[4]) Heinrich I. von Molenark (1225—1238).

[5]) Heinrich IV., Herzog von Limburg und Graf von Berg (1225—1246). Der Krieg um die Siegburger Vogtei, die die Erzbischöfe zurückzuerlangen suchten, fällt schon ins Jahr 1230 nach der 4. Fortsetzung der Chronica regia Coloniensis (ed. Waitz S. 262); vgl. Knipping, Regesten III,

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rapinis et incendiis hinc inde vastata est, ut virgam tanti furoris et nos et cetere ecclesie usque hodie senciamus. Adeo enim eadem virga vigilavit super sortem nostram et olla succensa ab aquilone, sicut effusa est super nos (*Jerem. 1, 11 u. 13*), ut quedam ex grangiis nostris igne succenderentur, alie per predones omnibus suis mobilibus evacuarentur. Et hec de hiis satis.

314. 'Vox blanda et nequam', sicut dicit poeta, 'digitos habet' (*Juven. 6, 197*); comparatur enim operibus malis . . . Solent enim monachi, quando captivi ducuntur, tempore apostasie sue cantare more clericorum et intermittere cantica Syon, que didicerunt in Syon, id est in vita contemplativa, ne de ipsa apostasia notari possint. Quos demones irrident, cum dicunt: „'Cantate nobis ymnum de canticis Syon' (*Ps. 136, 3*), id est canticum, quod in monasterio didicistis." Cum quidam talium parrochiam quandam regeret et tum ex relacione tum ex signis quibusdam cum cives eum notare cepissent de apostasia eique crimen imponerent et ille negaret, accusaverunt eum apud episcopum, puto Leodicensem [1]). Quem cum episcopus per testes convincere non posset, ait intra se: „Monachi psalterium scire solent" et ait mox sacerdoti: „Domine, parrochiani vestri conquerunter michi de vobis quod nesciatis psalterium vestrum." Cui ille dolum episcopi non considerans respondit: „Domine, non est verum; optime enim scio psalterium meum nec in uno verbo titubo." Quod episcopus audiens et subridens ait sacerdoti: „Revertimini ergo in claustrum vestrum, quia ex hoc ipso probatur vos monachum fuisse." Ex ymnis, que didicerat in Syon, id est in monasterio, ductus est in Babilonem, ruborem scilicet faciei sue et in confusionem detecte apostasie; canticum enim Domini, sicut ducentibus se responderunt filii captivitatis, non potest in terra aliena, id est in apostasia, digne cantari Domino.

315. Ve illi domui, in qua uxor litigiosa proprio viro dominatur! Quod autem aliquando de domo propria virum expellat, referam secundum litteram unum exemplum, quod circa principium conversionis mee in civitate Colonia intellexi contigisse. Erat ibi civis quidam, homo mansuetus satis, uxorem habens pessimam. Quem cum neque diebus neque noctibus quiescere sineret, verbis duris atque probrosis illum lacesseret, nocte quadam circa crepusculum de domo propria exiens, domum cuiusdam potentis in eadem platea positam tempore refeccionis intravit premissaque salutacione subiunxit: „Domine, vobiscum cenare volo; nam uxor mea, cuius proterviam optime nostis, verbis suis liti-

Nr. 705, 707. Vgl. dazu F. Lau, Der Kampf um die Siegburger Vogtei (Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins 38, 1905, S. 60 ff.); ders., Quellen zur Rechts- und Wirtschaftsgeschichte der Rheinischen Städte (Publikationen der Gesellschaft für Rheinische Geschichtskunde 29), Bergische Städte I, Bonn 1907, S. 9* ff. und über die Vogteien im allgemeinen H. Aubin, Die Entstehung der Landeshoheit nach niederrheinischen Quellen (= Ebering, Historische Studien 143), Berlin 1920, S. 292 ff.

[1]) Lüttich.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

giosis de domo me eiecit." Et misit nummos aliquos pro vino. Statimque vir ille honestus, vexacioni eius compaciens, toti familie sue precepit, ut obseratis foribus nemo illam intromitteret. Sciens mulier maritum suum domum intrasse viri potentis et quod non intromitteretur, satis suspicans, iuxta limina latenter residens egressum cuiuspiam expectavit. Cumque unus puerorum pro vino missus ostium aperiret, illa insiliens et ante mensam cenancium veniens ait: „Benedicat vobis Deus!" Cui cum paterfamilias responderet: „Benedicat ei diabolus, qui te intromisit!", subiunxit illa: „Justum est, ut sim cum marito meo", et cepit sedere ad mensam iuxta illum. Tunc paterfamilias locutus est ad utrumque: „Quicumque ex vobis iratus fuerit vel verbum contumelie protulerit, solvet sextarium vini." Et placuit utrique. Cumque sederent et ex una scutella simul comederent, illa elevata manu alapam dedit in maxilla mariti. Quod cum paterfamilias vidisset et turbatus diceret: „Quid est hoc, domina? Hoc enim promissum non erat: solvite ergo sextarium vini", respondit illa: „Ego neque irata sum neque verbum protuli contumeliosum. Quodsi ipse motus est, iustum est, ut ipse vinum solvat." Ad quod verbum omnes ridere ceperunt, belue illius mirantes seviciam [1]).

[1]) Vgl. auch Helinandi epistola ad Galterum über den diabolus Rixoaldus, qui semper rixam alit = Migne, Patr. lat. 212, 756.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Verzeichnis der Eigennamen.

Aaron = Christus 20.
Abacuc canticum 165,6; propheta 4,13. 170,4.
Abidedom rex Persarum 70,11.
Abrianus daemon 145,25.
Achaz 4,24.
Achivi 127,1 *(Zitat aus Horaz)*.
Adam protoplastus 15. 142,29. 183,10; filius eius [Seth] 66,1.
Adolfus I. archiepiscopus Coloniensis 127,30.
Aegypt. s. Egipt.
Aethiops s. Ethiops.
Agatho abbas 182,3.
Alardus presbyter et monachus 6,4. 22.
— monachus in Lucka *(Lokkum)* 171,12.
Albero archielectus Treverensis 164,13.
Albertus de Brûle *(Brühl)*, novicius *(von Heisterbach)*, quondam canonicus maioris ecclesiae in Colonia 95,16.
Albienses haeretici 150. 171,1.
Albumazar 70,17.
Alcazer castrum, *Alcazer do Sal in Portugal*, 97,7.
Alemannia 91,34. 139,31; Alemanniae episcopi 30 (et plurimi abbates utroque gladio utuntur). 127,31. 128,1. 170,19.
Alexander magister cognomento Nequam *(Neckam)* 120,23.
— prior de Claustro *(Himmerode)* 6,10. 23.
Alexandria 79,28; Alexandrinus episcopus s. Johannes Eleymon.
Altenberg s. Godefridus.
Amazones mulieres 178,24.
b. Ambrosius 27. 179,16.
Ammon abbas in loco Nitriae 111,27.
Anglorum gesta 177,1.
Anna, *Mutter der Jungfrau Maria* 17.
s. Anno episcopus Coloniensis 128,4.
Antichristus 12.
Antonius abbas 77. 83. 111. 114,19. 179,7; Antonii magni discipulus Paulus Simplex 162,21.
Apollonius eremita 52,26.
Apostolorum actus 11; ecclesia *s.* Colonia.
Apulia 139,32.
Arabice 70,13.
Archelaus daemon = agnoscens leo 84,19. 87,31.
Arnoldus monachus *[in Heisterbach]*, quondam canonicus in ecclesia sanctorum Apostolorum Coloniae 103,13. 113,32.
Arsenius abbas et eremita 67,36. 124,22. 151,32. 172,27. 180,23. 181,21. 182,2.
Astilius astronomus 70,10.
Athanasii fides 134,6.
s. Augustinus 27. 29. 74,13. 183,11; eius regula 185,1.
Ave terra 70,21.
Ave Maria in foliis arboris 151,19.

Baal perversitates 149,3.
Babylon 9; = apostasia 187,25.
Babylonia, *Kairo* 93,15.
Babylonii: a Babiloniis bibliotheca combusta et a Hesdra propheta reparata 30.
Baldewinus, frater Henrici comitis Flandrensis, imperator Constantinopolitanus 109,23.
Baptista = Johannes Bapt. 96,28.
Basilius Magnus, episcopus Caesariensis 83,26. 97,29.
Bavaria: miles in Bav. 153,8.
Bedian villa in Frisia dioecesis Monasteriensis, *Bedum* 168,4.
s. Benedictus 12. 29. 96,13. 111,24. 114,12. 122,23. 159,8. 164,18. 174,6. 178,20. 185,11; eius regula 185,2; eius ordinis coenobia 156,14. *Vgl.* niger ordo.
de Bergis *(Altenberg) s.* Godefridus, prior et abbas.
s. Bernardus primus abbas Claraevallis *(Clairvaux)* 15. 29. 76,17. 81,29. 90,19. 91,34. 104,8. 109,32. 110,27. 119,1. 121,4. 139. 140. 141,7. 157. 159,21. 175. 179,3. 182,12.
Bernardus, sacerdos Claraevallensis 75,5.
Bertrammus episcopus Metensis 92,17.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Besançon s. Bisuntina civitas.
Bingen s. Pingvia.
de Birbech *(Bierbeek oder Bierbais)*, Walterus monachus 103,5.
Bisuntina civitas *(Besançon)*: eius ecclesia maior 149,19.
Bloemkamp s. Floridus Campus.
Boemiae rex qui hodie regnat [*Otakar*] 155,22.
Boetius 65,20.
s. Bonifacius in Docheim *(Dokkum)* martyrio coronatus 168,18; eius oratorium in Folda 156,23.
de Bonlant *(Bolanden) s.* Wernerus miles.
Bonn s. Bunnensis.
s. Brigida 161,4.
de Brûle *(Brühl) s.* Albertus.
s. Bruno I. episcopus Coloniensis 128,3.
Bunnensis *(Bonn)* ecclesia 65,3. 79,10. 99,23; canonicus quidam 143,1; canonicus *s.* Henricus, Johannes, Theodericus de Lûreche; decanus *s.* Hermannus; sacerdos *s.* Petrus. *Vgl.* Ditkirgin.
Burgundia 139,31.

Cades: sicut palma in Cades 122,27.
Caes. *s.* Ces.
Calvaria 8.
Cameracensis *(Cambrai) s.* Johannes episcopus.
Campania (*Champagne*): comes Theobaldus 76,32. 158,2.
Candela Gerlandi 65,26.
Cantor *s.* Petrus Cantor.
Capuanus episcopus *s.* Germanus.
Carthusiensis ordo 130,17 (sacerdos Nicolaus); Kartusienses 138,22.
Cassiodorus 6,33. 27.
Cesariensis episcopus *s.* Basilius Magnus.
Cesarius frater, nomine magis quam re monachus in Valle sancti Petri (= *Heisterbach*) 2,4; frater 8. 10. 16. 23. 25. 26; venerabilis monachus Heisterbachensis et sacrae theologiae professor 22; eius modestia in semet iudicando 22. 23. 24. 26; eius opera in epistola consignata 2; Cesarii Dialogus magnus visionum atque miraculorum 5,20. 19. 107,28. 119,29; libri Dialogorum 28. 29. 142,18. 152,7. 176,18. 182,23. 183,23; libri visionum quos nunc in manibus habeo (Cesarius) 28; Engilberti Coloniensis archiepiscopi actus, passio et miracula 5,28 = Engelberti vita 19; vita s. Elizabeth lantgraviae 7,10; Cesarii mora in civitate Colonia circa principium conversionis 187,31.
Cesarius monachus Heisterbacensis, quondam abbas Prumiensis *(Prüm)*, 120,15.
Chaldaeae magi 17.
Chananaea mulier = Syrophoenissa 116,30.
Chore = calvicium 8.
Christianus archiepiscopus Moguntiensis 129.
— monachus Claustrensis 69,10.
— quondam monachus Heisterbacensis 138,13 (ut apostata excommunicatus).
— monachus Heisterbacensis 173.
— adolescens in domo Heisterbacensi 91,27.
Christina monialis in Monte sanctae Walburgis *(Walberberg)* 69,26.
Christus 69,24. 70. 73,1. 74. 75,2. 83. 91. 97. 98,15. 99,16. 102,2. 111,23. 113. 119,5. 120,6. 123,31. 130. 131. 133,30. 135,28. 137,23. 138,30. 140. 141,14. 154,21. 159,28. 167. 168. 169. 172,14. 173. 175,13. 176. 177. 183. 184,31; eius tunica polymita = ecclesia per varios ordines distincta 20. *Vgl.* Jesus, Salvator.
Chrysantii monasterium, *Münstereifel* 178,8; magister scholarium *s.* Daniel.
Chumd s. Commede.
Cicero *s.* Marcus Tullius.
Cisterciensis ordo 9. 21. 22. 28. 30. 64. 69,26. 85,19. 91,14 (Commede). 92,8 (Wilare). 102,12. 105,35. 110,34. 112,12. 119,12. 124,5. 125,7 (Porta). 137,25. 138,39. 158,25 (Szere). 171,13 *u.* 183,16 (Lucka). 185,6 (Locus sanctae Mariae); habitus 64,23. 138,25; religio 138,24; monachus 159,9; Cistercienses 137,35.
Cistercium, *Cîteaux* 109. 137,31. 139.
Claraevallis coenobium, *Clairvaux* 75,3. 102,22. 104,7. 109. 110,27. 117,23. 119,2. 139. 140,21. 157,20. 159. 175,25; primus abbas *s.* Bernardus; quidam abbas 138,18; abbas Wilhelmus 155,5; sacerdos et monachus Wilhelmus 138,29; prior Sigerus 155,7; prior quidam 159,26.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Clarus Campus *s.* Efferindus monachus.
Claustrum monasterium quod vulgo dicitur Hemmenrode, *Himmerode* 68,29. 83,1. 111,21. 157,25. 161,15. 174,22; *vgl.* Hemmenrode. — Claustrensis abbas *s.* Giselbertus, Henricus, Hermannus; prior *s.* Alexander, Hartmannus; infirmarius *s.* Gevardus; monachus *s.* Christianus, David; novicius *s.* Lionius.
Cleophas 13.
Clodoveus rex Francorum a s. Remigio baptizatus 98,12.
Cluniacenses 12. 137,35. 138,22.
Colonia, *Köln* 118,23. 132,6. 138,16. 149,7. 169,36. 187,32.
— maior ecclesia 68,7 (canonicus Godescalcus). 95,16 (canonicus Albertus). 103,17 (quidam canonicus).
— ecclesia sanctorum Apostolorum 113,32 (canonicus Arnoldus).
— ecclesia sanctae Columbae 149,10 (plebanus Godefredus).
— ecclesia sancti Gereonis 133,27 (scholasticus Henricus).
— ecclesia sanctae Mariae ad Gradus 78,10 (canonicus Lionius de Elnere).
— monasterium sancti Martini 156,35.
— ecclesia sanctarum 11000 Virginum 98,5.
Colonienses denarii 11; ad Colonienses epistola Hildegardis 147,30.
Coloniensis synodus 125,28.
— archiepiscopatus 97,15.
— dioecesis 184,22.
— archiepiscopus, episcopus *s.* Adolfus, Anno, Bruno, Cunibertus, Engelbertus, Henricus, Heribertus, Herimannus, Peregrinus, Philippus, Reinaldus, Theodericus; archiepiscopus quidam 185,29.
— scholasticus Oliverus 97,14. 125,37. 146,17. 168,1; Radolfus 105,1. 183,8; scholasticus quidam 127,32. 140,25. 157,19.
— civis quidam 156,33.
s. Columbae ecclesia *s.* Colonia.
s. Columbanus 87,8.
Commede *(Chumd)*, coenobium sanctimonialium ordinis Cisterciensis 91,13.
Conradus III. rex Romanorum 164,15; imperator 91,34.
Conradus marchio, rex Iherosolomitanus 130,11.
— quondam Halberstadensis episcopus, nunc monachus Heisterbacensis 123,19.
— episcopus Portuensis, legatus Honorii papae contra Albienses 150,14.
— quondam abbas de Loco sanctae Mariae 6,15. 25. 28.
— prior Loci sanctae Mariae 101,25.
Constantinopolis 80,2. 177,29; Constantinopolitana urbs 100,7; monasterium s. Sophiae 100,8.
Constantinopolitani imperatores *s.* Baldewinus, Henricus Flandrensis, Theodosius.
Constantinus imperator 169,11.
Coradinus soldanus Damasci 152,13.
s. Cunibertus archiepiscopus Coloniensis 85,31. 98,4.
Cuno presbyter et monachus de Loco sanctae Mariae *(Marienstatt)* 6,23. 25.
Cypri botrus 18. 19.
Cyrenei *(entstellt aus* Sirenei scopuli) 16.

Daciae rex [*Waldemar II. von Dänemark*] 160,1.
Damasci soldanus *s.* Coradinus.
Damianus diaconus b. Johannis Eleymonis episcopi Alexandrini 147,14.
Damiatae expeditio 167,7. 171,2; eius obsidio 152,12; eius perditio 167,3.
Daniel discipulus Arsenii 67,37.
— prior Heisterbacensis 69,32.
— magister scholarium in monasterio Chrysantii *(Münstereifel)* 178,9.
'Date' et 'Dabitur vobis' duo fratres 144.
David psalmista 20. 85,11. 122,27.
— monachus Claustrensis *(Himmerode)* 89,12. 111,20. 112,11. 124,23. 161,14. 174,22.
s. Dei Genitrix 28. 31 (= tabernaculum ipsius sapientiae). 63. 68,27. 69,21. 70,24. 74,24. 85. 101,29. 102,16. 103. 107,27. 111,14. 138,33. 160 (patrona Livoniae).
Dialogus, Dyalogus *s.* Cesarius, Gregorius.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Diogenes *s.* Dyogenes.
Ditkirgin *(Dietkirchen)*, monasterium sanctimonialium *(in Bonn)* 99,24; altaria Johannis Baptistae et principis apostolorum Petri, eiusdem ecclesiae patronorum 99,27.
Docheim villa Frisiae *(Dokkum) s.* s. Bonifacius.
Doech Ydumeus, pastor Saulis = diabolus 128.
Domina nostra = s. Maria 90,8.
Domini exercitus, *Kreuzheer* 152,12.
s. Dominicus 29.
b. Dorotheus abbas 181,15.
Dyogenes philosophus 156,8.

Ecclesiastes 14.
Efferindus monachus Clari Campi (= Everlingus monachus de Florido Campo) 6,29.
Effrem diaconus 83,25.
Egiptii (= Aegyptii) 13; = divites 133,20.
Egiptus terra 18. 83,31; = vita saecularis 80. 107,34. 109,16.
Eleymon *s.* Johannes Eleymon.
Eliphas 174,20.
Elizabeth, mater Johannis Baptistae 63.
s. Elizabeth de Sconavia, Sconaugia *(Schönau)* 89,18. 180,6.
b. Elizabeth lantgravia 7,10.
de Elnere *(Eller) s.* Lionius.
Emaus 13.
Engaddi (= temptatio vel fons haedi) vineae 18. 19.
Engelbertus archiepiscopus Coloniensis 153,26; eius Vita *s.* Cesarius.
Enoch 90,4.
Ethiops parvulus = diabolus 82,30. 87,26; Ethyopes pueri = diaboli 81,14; Ethiopum populus 9.
Eugenius III. papa 164,9.
Eva 115,19; 'Dicunt E vel A quot-quot nascuntur ab Eva' 15.
Everardini, vagi clerici 140,12.
Everlingus sacerdos et monachus de Florido Campo *(Bloemkamp)* 25. *Vgl.* Efferindus.
Everwach dispensator Theoderici episcopi Traiectensis 152,2.
Ezechia rex 4,20.
Ezechiel 106,5.

Fadosiana haeresis 93,5.
Flandrensis comes *s.* Henricus.
Flandria *s.* Gaufredus.
Floridus Campus *(Bloemkamp) s.* Everlingus sacerdos.
Foigny s. Funiacense monasterium.
Fotinus haereticus 12.
Francorum rex *s.* Clodoveus.
Francia 82,7. 135,30; rex Franciae *s.* Henricus germanus regis Franciae.
s. Franciscus 29; eius discipuli 31.
Fridericus, Fredericus primus imperator 129,26.
— II. rex Romanorum 166; qui hodie imperat 169,38; rex Siciliae 170,13.
Frisia 97,16. 146,18. 167,25. 168,3 (Oliveri praedicatio); *vgl.* Bedian, Docheim, Suterhusen.
Friso quidam 146,19; Frisones 97,24.
in Folda *(Fulda)* s. Bonifacii oratorium 156,23; Foldensis abbatia regalis 156,19.
Funiacense monasterium, *Foigny* 81,28.
Fûsenich monasterium, *Füssenich* 135,6.

Gabriel angelus 5,15. 10. 11. 16.
Galli 137,34; Gallica lingua 91,34.
Galo cardinalis 155,6.
Gaufredus vir nobilis de partibus Flandriae 76,19.
Gerardus frater Heisterbacensis 8.
s. Gereonis ecclesia *s.* Colonia.
Gerlandi Candela 65,26.
Germanus episcopus Capuanus 96,6.
Gethaei 76,15.
Gevardus infirmarius in Claustro *(Himmerode)*, postea abbas in Valle sancti Petri *(Heisterbach)* 69,7.
Giemunda civitas Sueviae, *Schwäbisch-Gmünd* 166,14; ecclesia s. Johannis Baptistae 166,22.
Giselbertus abbas de Claustro *(Himmerode)* 157,25.
Gmünd s. Giemunda.
Godefridus prior de Bergis *(Altenberg)* 5,9; abbas de Bergis 151,27.
Godefredus magister, plebanus sanctae Columbae in Colonia 149,10.
Godescalcus frater Heisterbacensis 8.
Godescalcus de castro Volmuntsteine *(Volmarstein)*, monachus in Valle sancti Petri *(Heisterbach)*, quondam canonicus maioris ecclesiae in Colonia 68,5.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Gosslaria, *Goslar* 90,29.
Graeci 67,16.
Graecia 109,25.
s. Gregorius I. papa 96,13. 172,17; eius Dialogus vel Dialogorum libri 124,35. 171,31. 172,23.
Gwido frater primogenitus s. Bernardi 139,19.

Halberstadensis quondam episcopus Conradus, nunc monachus Heisterbacensis 123,19.
Hardehausen s. Nicolaus.
Hartmannus prior de Claustro *(Himmerode)* 6,7. 23.
Hebraei = pauperes 133,21.
Hebraica gens 11; Hebraicum alphabetum 10. 30.
Heilwigis femina in Vervino villa *(Vervins)* dioecesis Laudunensis *(Laon)* 130,19.
Heisterbach s. Vallis s. Petri.
(Helias), Helyas 90,4. 148,34. 173.
Helyseus 65,24.
Hemmenrode *(Himmerode)* = Claustrum 68,30. 78. 112,8. 154,7 (cellerarius Henricus).
Henoch *s.* Enoch.
Henricus VI. imperator 169,35.
— Flandrensis, frater Baldewini, imperator Constantinopolitanus 109,23.
— germanus regis Franciae (Ludowici VII.) 104,6.
— (Leo) dux Saxoniae 166,2.
— comes *(von Schwerin)* 160,18.
— comes Seynensis *(Sayn)* 100,20.
— miles de Mosella oriundus 99,14.
— miles de Ulme *(Ulmen)* 100,6.
— miles de Wida *(Weida)* 115,22.
— antistes Coloniensis, successor Engilberti 5,30.
— abbas (in Valle sancti Petri, *Heisterbach*), quondam canonicus ecclesiae Bunnensis 10. 16. 18. 21. 79,8. 97,26. 133,5. 146,21. 162,12. 171,7.
— abbas de Claustro *(Himmerode)* 19. 21.
— cellerarius in Hemmenrode 154,6.
— scholasticus sancti Gereonis in Colonia 133,27.
— clericus 6,11.
s. Heribertus praesul Coloniensis 98,9.
s. Herimannus II. episcopus Coloniensis 128,3.
Hermannus abbas (in Valle sancti Petri, *Heisterbach*) 107,4.
— abbas Loci sanctae Mariae *(Marienstatt)*, quondam abbas in Claustro *(Himmerode)* 82,33.
— decanus Bunnensis 133,28.
Hermes astronomus 70,10. 73,1; *vgl.* Perfectus.
Herodes = diabolus 75. 76,29. 80,27. 83,6.
Herodiana persecutio 17.
de Hersenhusen *(Hardehausen) s.* Nicolaus abbas.
Hesdras propheta 30.
Hibernia, Hybernia, *Irland* 157,9.
Hier. *s.* Jher.
Hildebrandus rusticus in Holchom 162,3.
b. Hilde(n)gardis mater et magistra sanctimonialium in monasterio sancti Ruperti in Pingvia *(Rupertsberg bei Bingen)* 95,24. 141,29. 147,28. 149,6.
Himmerode s. Claustrum, Hemmenrode.
Hispania 139,31. 167,18.
Holchom villa dioecesis Traiectensis *(Utrecht)* 161,33.
Hollandia 163,2.
Honorius III. papa 138. 150,15.
Hovenne monasterium sanctimonialium, *Hoven bei Zülpich* 103,2; abbatissa *s.* Sophia.

I vgl. Y.
Innocentius III. papa 92,14. 97,15. 137,12. 169,36. 170. 171,4.
Insula sancti Nicolai, *Stuben an der Mosel* 100,14.
Israhel 13. 78,2 (= secretorum Dei contemplator). 82,32. 97,25.
Italia 139,32.

Jacob 5,34. 9; = Deus Pater 20. 77,30.
Jacobus [de Vitriaco?] magister 128,24.
J(h)ericho = negotia mundana atque saecularia 154.
I(h)eronimus = Hieronymus 179,19. 180,1.
I(h)erusalem 9. 90 *(bildlich)*. 154 (= negotia spiritualia); Jherusalem terrestris 185,1; Jherusalem terra sancta 182,7; J(h)erosolimae ecclesia Dominici sepulchri 143,32.
J(h)erosolomitanus rex *s.* Conradus marchio.
— episcopus *s.* Maximianus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Jesus Christus yos thei sother 74,13; Deus et homo 172,30; Jhesus, Jhesus Christus 68,14. 69,17, 69,30. 70. 76,31. 77. 78,25. 80,20. 90,23. 97. 102,11. 104. 108. 119,23. 128,22. 161,16. 171,15. 172,80; eius nomen 74,12. *Vgl.* Christus, Salvator.
Job 17. 118,15. 125 (signa Job). 174,20.
s. Johannes Baptista 9. 15. 18. 96,28. 97,2. 99; praecursor Domini 99,39; eius conceptio 182,14; eius sanctitas 182,16; eius status typicus 175,6; eius dens in Heisterbach 100,9; eius altare in Ditkirgen 99,26; eius ecclesia in Giemunda 166,22.
Johannis evangelium 4,3. 10. 24. 26. 133,25; Apocalypsis 3,34. 13.
b. Johannes Eleymon episcopus Alexandrinus 75,28. 147.
